# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


# Liber pandectarum medicinae


### Matthaeus <Silvaticus>



### [Venedig], 10. Okt. 1480


Sequitur de D


urn:nbn:de:bsz:31-316129



Visual Library

ſcrit viſum: ꝛ abradit pilos. Et idem auc. Pauli. I
folijs ſalicis ꝛ ſalice non dixit Gali. aliud.

**Gal.** vij. ſim. phar. cap. hytee. hytee ſiue ſalix
vtetur quidē aliquis ꝛ folijs ad ſangui
nolentoꝝ vulnerū conſolidationē: ſed maxie floꝝ
eius fere omnes vtuntur medici ad cōfectionē ſic
catiui emplaſtri. eſt enim vis coꝝ ſuauis ſiccatiua
habet autē ꝛ quiddā ſtipticitatis. quidaꝫ vo ꝛ ſuc
cum facientes ex eis imordax ꝛ ſiccatiuum habet
pharmacū ad multa vtile. nihil enī magis occur
rit viſui ꝙ̄ pharmacū imordatiue ſiccans parum
ſed ſtipticans ſicut in tractatu de cōpoſitōe phar
macoꝝ plenius dicetur. cortex etiam huius arbo
ris ſimilis eſt tam frondium ꝙ̄ floꝝum virtuti: pre
terꝙ̄ ꝙ eſt ſiccioꝛ ſm cōplexionē. ſed hunc quidā
accedunt ꝛ vtuntur cinere in oībus his que violē
ter indigent deſiccari: ſicut ſigiles ꝛ chiles. i. myr
miceas auferunt ipſum madefacientes aceto acri
quidam vo tēpoꝛe florendi incidentes corticem li
quoꝛem quidem colligunt ꝛ eo vtuntur in offuſcā
tibus pupillis: cum. ſit pharmacū abſterſiuum ſi
mul ꝛ ſublatiuum cūꝙ̄ ſit huiuſmodi poterit eo
aliquis vti ꝛ ad alia multa.

| | |
|---|---|
| Churcar | .i. cardamen |
| Cruſca | .i. puluis |
| Chruſca cymoles | .i. puluis cymolee |
| Cruſca ſymoles | .i. puluis ceruſe |
| Crub | .i. caulis |
| Crunil | .i. rubus |

## Sequitur de. D.

D**Aaren** id eſt cubebe
Daariſon. i. riſi
Daablectos. i. blacce biſantie
Daidilis. i. ariſtologia longa
Daicolios grece: latine digitus
nam dactilus eſt vnus ex quinꝗ
digitis Daurach. i. pondꝰ
Dauſir .i. hauena
Deac eſt ſemen daucie ſilueſtris
Dauguan eſt menſura liquidoꝛum ponderans li
bras. 43
Daumaram .i. ozimum
Daucus grece. i. baucia vel paſtinaca latine. vnde
daucus alius eſt aſininus: alius domeſticus. quan
do per ſe ponitur daucus debet intelligi paſtina
ca ſilueſtris. i. daucus aſininus: vt Jo. Sera. cap.
de tyriaca. ꝛ Gal. 2º de edulijs circa finem vt patꝫ
in. l. leſa. lꝫ Caſſius felix cap. de empicis dicat qñ
per ſe ponitur ꝙ eſt ſemen daucie hortenſis. ꝛ eſt
daucus ſilueſtris vel aſininus melioꝛ cretico. ꝛ di
citur creticus quia in creta inſula inuētus eſt pri
us. ꝛ dicitur aſininus quia eſt cibus aſinoꝛum. cre
ticus aūt eſt maioꝛis efficatie: ꝛ hoc propter terre
diſpoſitionē melioꝛem: ꝓ quo. l. l. leſa
Cap. 202.

**Abalch** ara. vel hele: vel hiſos
grece ꝛ latine viſcus.

**Serapion** lib. aggrega. capit. dabalch.
auc. Diaſ. Melioꝛ ex eo eſt
nouus qui ſimilis eſt in coloꝛe ſuo coloꝛi poꝛri. ex
terius vo eſt ſubruſus ſine aſperitate et ſine furfu
reitate: ꝛ fit ex fructu rotundo paruo: qui naſcit
in arboꝛe glandiuꝫ. ꝛ eius folia ſunt ſicut folia ar
boꝛis buſſi. fructus ergo iſte contonditur ꝛ ablu
itur: deinde coquitur in aqua. ſunt autem quidam
qui maſticando fructū ipſum faciūt viſcum. repe
titur etiam in arboꝛe piroꝛum ꝛ maloꝛū: ꝛ in mul
tis alijs arboꝛibus: ꝛ aliquando in radice arboꝛuꝫ
aliquarum paruarum. ꝛ latine vocatur hec plan
ta viſſago. vidi autē ego in monte nabaſat homi
nes qui faciūt ex arboꝛe magna que naſcitur apō
eos ꝛ apud ipſos vocat tarabella: et latine voca
tur capriſolium. accipiunt quidam ramos ipſius
ꝛ excoꝛiant eos facientes faſciculos ꝛ infundūt in
aqua ꝛ dimittunt ſic aliquo ex menſibus: deinde
contondunt contuſione foꝛti: ꝛ fit inde viſcus bo
nus. ꝛ virtus eius eſt ſimiliter que ſubtiliat: attra
hit ꝛ diſſoluit: quia habet virtutem reſolutiuam.

**Diaſ.** capitu. viſcus ſm tranſlationem no
ſtram. Uiſcus in ramulis naſcens a
quodam animali volatili. ſ. turdella viſcatur. naꝫ
illud ſi moꝛatur in ramulis arboꝛum glutinatur
ꝛ inde naſcuntur virgule plurime: ꝛ fit viſcus qui
ſemper viridis inuenitur. Eſt autem optimus qui
in arboꝛe quercus creſcit: ꝛ qui eſt mundus ſub
uiridis: ꝛ ſi extendatur non coꝛrūpitur: ſed vt mē
brana ex
tenuatur.

**Gal.** vi. ſimpli. phar. cap. de viſco.
Subſtantia viſci eſt cōpoſi
ta ex aquoſa ſubſtantia ꝛ aerea: ꝛ de his ambabuſ
eſt in eo multum: ꝛ ex terrea pauca. ꝛ in ſapoꝛe eiꝰ
eſt acuitas plus ꝙ̄ amaritudo. ꝛ virtus eius eſtiꝗ
calefacit: non tñ cito quando apponitur coꝛpoꝛi
ſed poſtꝙ̄ facit moꝛam in coꝛpoꝛe ſicut facit tap
ſia. ꝛ nos quidem diximus in his que preceſſerunt
ꝙ hec res inuenitur in medicinis: quarum vir
tus eſt que calefacit: cum quarum calefactione eſt
humiditas ſupflua indigeſta. virtutes habet acreſ
duricies mollire poteſt. nā de profundo extrahit
humoꝛem cum vehementia ꝛ non ſubtiles tantuꝫ
ſed ꝛ pingues digerit. mox quidem calefacit: ſed
tempoꝛe diuturno impoſitus calefacit ut tapſia.

**Auic.** li. 2º. cap. de viſco. Uiſcus eſt notꝰ oī
bus. ꝛ eius quidem fructus ſimilis ē
ciceri nigro non ſincere rotundus: virgulatꝰ: fran
gibilis ex quo manus inuiſcantur. eius autem mi
nera eſt arboꝛ ferens glandes ꝛ pira ꝛ mala in q
bus ſunt virtus aquea ꝛ aerea multiplicate valde
qui ex eo bonus eſt recens planus coloꝛis poꝛri in
terius viridis exterius: teritur ꝛ lauatur: deinde
coquitur ꝛ non calefacit niſi poſt moꝛam longaꝫ
ſicut gūmi rute agreſtis: ꝛ eſt debilioꝛ ea in hoc. ꝛ
in ipſo quidem eſt humiditas ſuperflua indige
ſta. ꝛ eſt calidus ꝛ ſiccus in tertio. ꝛ eſt reſolu
tiuus. reſoluit enim humiditates groſſas ex pro
fundo coꝛpoꝛis propter foꝛtitudinem virtutis at
tractiue ꝛ lenit. ꝛ dixerunt quidam ꝙ non ineſt ei
operatio in humiditatibus niſi tenuibus.

Poſſe. Sera. auc. Diaſ. Quando viſcus miſcetur cum reſina pini maturat apoſtemata que fiunt in radi ce auriſ:⁊ alia apoſtemata.⁊ quando miſcetur cū olibano curat vlcera antiqua.⁊ quando miſcetur cum calce ⁊ cum lapide gagatis aut lapide aſio:⁊ coquitur cum eis ⁊ ponitur ſup apoſtemata frau dulenta:aut ſuper duriciem ſplenis curat: ⁊ reſol uit apoſtemata:⁊ duricies.⁊ quando miſcetur cū auripigmento citrino aut r.. ⁊ ponitur ſuper ma culas aufert eas. ⁊ quādo cū calce miſcetur ⁊ rob excludit vngues. **Aui.** Uiſcus eradicat vngueſ malaſ cum ſuper eas ponitur cū ar ſenico:⁊ reſoluit apāta frigida :⁊ proprie ꝯfortat cum calce. ⁊ lenit vlcera antiqua ⁊ vulnera mala ⁊ lenit iuncturas cū tanta cera quātū eſt ipſū: ⁊ cū equali pondere ſui ō reſina pini. ⁊ cōfert apātibꝰ frigidis poſt aures. ⁊ mixtus cū gūmi pini ⁊ ce ra extenuat ſplenem cū ſup ipm ponit cū aliqbꝰ rebꝰ ipm cōfoꝛtātibus:ſicut eſt calx ⁊ huiuſmodi

Dabath ē animal magnū rapax maius leopardo ⁊ aliqn̄ leone:quod qn̄qꝫ claudicat: ⁊ ideo vocat claudicans ⁊ cetera:⁊ in de regali diſpoſitione vo catur papilo:claudꝰ in terra noſtra vulgo dicit:i ſyria dicit cabacens:ad formam lupi vergit

Dablan ē ſpēs palmaꝝ — Dabac .i. viſcus

Dabeden eſt nomen cuiuſdam fluminis

Dabendrine idem quod ſuccus acetoſus

Dabem — idem ſuccus vt ſupra

Dabeget eſt nomen cuiuſdam inſule.

Dab ē quodā animal vt lacerta magna vētricoſū ⁊ latine vocat ballecola .ſtercus eiꝰ limit ſup pā num:⁊ lentigines.et confert albugini ocl'i:et deſcē ſioni aque ad eum. Auic

Dacalios .i. yreos — Dacaſios idem

Dacanto — .i.ſtercꝰ bouinū

Dacauſticis — idem quod balauſtia

Daceſion .i. daucus — Dacreceſſaan.i.alkikil

Daciaſis .i.ſiſelios — Dacri .i. gummi

Dactiloꝛum — .i. alkanbis.i.ſicci

Dactilus indus — .i.tamarindus

Dactili epatici.i.rubens pinguis vt epar

Dactilitis — .i.ariſtologia

Dadarich — .i.cantarides

Dadarus — .i.opoponacum

Dadafilion — .i.filius ante patrem

Dadi dicit Aui. q eſt granum ſimile oꝛdeo lon gius ⁊ ſtrictius ⁊ ſolidius amarūqꝫ:ſcribitur autē dechui:ſed coꝛrupte

**Sera.** li.aggre.cap.dadi. Dadi eſt fructꝰ in balda:⁊ eſt granū ſimile oꝛdeo ama ri ſapoꝛis.teritur ⁊ conficitur cum varijs in bada ⁊ foꝛtificat odoreſ:coꝛroboꝛat ad inebriandum

Dadion.i.deda:⁊ eſt lignum oībus notum

Dadis — idem

Dadion maſculꝰ ē id qꝺ gre.vocat androſomō

Dafarbachali — .i.blaccebiſantia

Daferion — .i.ferula

Dafintes — .i.ruſſi

Dafimidis — .i.muſcillago

Dafrie — .i.hypogloſſos

Dafulſum — .i.piper longum

Dafuide — .i.laureola

Dafrus.i.laurus.ꝗde diafreuleon.i. laurinū oleū

Dafrutis eſt ſm̄ Diaſ.quedā ſpēs caſſielignee

Dafrueſ eſt medicamen metallicū:⁊ eſt deſrigis

Daga eſt moꝛdicatioꝰ facta a ſtercoꝛe

Dagabaoth — .i.aconitum

Dabag — .i.toꝛa

Dabamethe — .i.lapis adamas

Dabaſion — .i.rapa

Dabaſionī — idem

Dalac — eſt fera ſimilis vrſo

Dalmaram — .i.aſcebꝛam

Dalpa — eſt arboꝛ dactiloꝛū

Daledon eſt nomen cuiuſdam fluminis

Dalmedoma — idem

Dalin — .i.ſtructio

Dalimus — .i.rapella

Dalidos — .i.piſtatia

Dalx — .i.coꝛtex

Damathan vl' mulco draconis.i.ſāguis draconis

Damarach — .i.panis

Damaſiſmon — .i.fiſtula paſtoꝛis

Damaſomion ſiue altiſma. Galie.vi.ſim. phar. cap.damaſomion ſiue altiſma.de hac herba nar rat Diaſ.tāqꝫ eius radix ſi bibatur ſanare diſſuri as ventremqꝫ ſtringere:⁊ tumoꝛes ſedare. nos tn̄ hoc non experti ſumus:palam aūt q quandā ha bet abſterſiuam virtutem

Damilla.i.animal ſimile capꝛiolo de han

Damiſligon — .i.vſnee

Damiſeum — .i.ellenum

Damurta — .i.cubebe

Damurion — .i.balſamita

Damul — .i.polium

Damala.i.animal ſimile capꝛiolo

Danich eſt nomen ponderis.viij.granoꝛū oꝛdei ſm̄ aliquos.vi.granoꝝ.⁊ aliqui dicūt q eſt aureꝰ .i.⁊ aliqui dicunt q eſt pondus trium granoꝛum oꝛdei ⁊ verius

Danic — idem

Danici eſt pondus quod ē medietas triū grano rum oꝛdei

Dapeleon — .i.oleū de laureola

Dapneleon idem — Dapnelion idem

Dapte.i.leboꝛac — Daptene.i.ipoglo

Dapium.i.manipulum — Dauphius.i.laurus

Dapnides.i.victoꝛiola:⁊ ē ſel — Dapnidos idem

Daptilus quid eſt.l.l.ponthab

Daranus.i.bardanus.l.l.lappa rob

Dardanus — idem

Darnaſum ſcripſit Stephanus pro darſeni:⁊ idem ſunt:⁊ eſt cinnamomū:⁊ eſt pꝛima ſpēs eius lege litteram darſen

Daren eſt nomen pōderis:⁊ ponderat nonā par tem.ℨ.⁊ ſic accipiebatur antiquitus:⁊ eſt dragma vna:vt infra patebit in.l.dꝛagma. moderni vō oc tauum.ℨ.pꝛo.ℨ.⁊ pꝛo daren accipiunt

Darceſaban — .i.ſilfium

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

Cap. 203.

Darſen. ara. gre. ⁊ la. cinnamomū. Sera. li. aggre. cap. de cinnamomo. Cinnamo
mū dicitur in lingua perſica arbor ſceni: ⁊ eſt dar
ſen. ⁊ darſen quidem ſunt multe ſpecies ⁊ denoīa
tur pluribus nominibus ⁊ diuerſis ſm diuerſita
tem locorum. ſed ex ſpeciebus eius melior ſpecies
eſt illa que dicitur maſſolites: quia habet ſimilitu
dinem cum caſſialignea que etiam dicitur maſſo
lites. ⁊ melius cinnamomū ex ipſa ſpecie eſt illud
quod eſt nouum nigrum cinericiū cum rubore. ⁊
eſt ſubtile lene. ⁊ rami eius ſunt ſpiſſi: pleni nodis
habentes odorem bonum. ⁊ melius ex hac etiam
eſt quod cum optimo odore ſuo eſt acre: ⁊ ſicut
odor rute. ⁊ pertinet ad odorem cardamomi. ⁊ ē
in eo acuitas: imo mordicatio lingue: ⁊ paruz ſal
ſedinis. ⁊ quando franguntur rami eius eleuant
pulueres odoriferi: cuius dolor ſuperat oīa que
ſunt circa ſe. ⁊ de experienta bonitatis eius eſt ꝙ
quando rami eius euelluntur a terra: radix eius
euellitur facile cum eis. ⁊ melius quidem eſt illō
qȝ replet ſubito fauces ſuo vapore ī primis quā
do guſtatur. ⁊ eſt ſpecies alia cuius odor eſt ſimi
lis odori caſſie. ⁊ habet bonum odorem: ⁊ coloris
ſubrufi: cuiꝰ cortex eſt ſimilis cortici caſſielignee
⁊ tale eſt durum tactui. ⁊ habet radicem groſſam
⁊ odor eſt ſimilis odori myrti: aut odori caſſie. ⁊
odor eius eſt cum quadam pinguedine: ⁊ eſt mi
nus in bonitate. ⁊ melius ex hoc eſt habens alba
ligna rugoſa. illud vō qȝ eſt lene groſſum non ē
alicuius iuuamenti. ⁊ inuenitur alia ſpecies cinna
momi que dicitur naſor: ⁊ eſt groſſa planta hñs
fortem odorem: ⁊ eſt debilius alio. ⁊ eſt ex planta
cinnamomi qȝ nominatur cinngmor: ſiue zi
marni: que habet ſimilitudinem cū cinnamomo
in apparentia: ſed differentia que eſt in eis ē pin
guedo illius odoris. ſed illud quod dicitur kerſe
ē ſimile cinnamomo ī radice ſua ⁊ mltitudine no
dorū. ⁊ eſt cinnamomū lignoſuz. ⁊ habet ligna for
tia ⁊ longa. ⁊ bonitas odoris eius minor eſt ꝗ̄ cin
namomi. quidam putant ꝙ kerſe eſt alia ſpecies
a cinnamomo que ſit alterius nature ab eo.

Diaſ. ſm tranſlationez noſtram cap. ō cin
namomo. Cinnamomi genera mul
ta ſunt: ſed melior eſt oībus que eſt ſimilis caſſie
maſſolites: qui recens fuerit: ⁊ niger colore: ⁊ qui
miſſus in vino ſoluat ſe: virgulas habens teneras
⁊ lenes ⁊ nodis plenas: ⁊ cum odore pleno veluti
rute: acer atqȝ mordax guſtu: in ſimilitudine na
ſturcij ſeminiſ cum quadam ſalſitudine ⁊ feruore
⁊ parua viſcitudine: cuius haſte cuȝ fregeris emit
tunt pulueres odore oīa vincentes. has haſtas cū
a terra euulſeriſ radices earundem ſequuntur. hʼ
eſt probatio optimi cinnamomi. Eſt etiam alterū
genuſ cinnamomi montanum: tactu aſperiuſ. hoc
groſſius eſt ⁊ ſubrufum colore. Tertium genꝰ eſt
ſimile caſſie maſſelliotice ſubnigellum colore: ta
ctu lene: ⁊ non multos nodos habens. quartuz ge
nuſ eſt colore albo: tactu molle: ſimile caſſie in ro
bore: groſſum ⁊ fragile ⁊ radicibus maius. Quin
tum genus eſt odore ſimile caſſie: colore ſubrufū
⁊ corio caſſie ſimile: haſtam in ſe habens fortiorē
cum radicibus groſſioribus ſimilibus libanotido
⁊ multas haſtas retinens ſimiles myrte ⁊ caſſie. ſʒ
non tñ odore plenum. eligenduȝ eſt aūt cinnamo
mū primi generis colore ſubnigrū: ſcabroſum: ⁊ ſe
men habens ſimile piperi: ⁊ lene lignum: cuiꝰ ra
dix inutilis eſt. Sextum genus eſt cinnamomi qȝ
appellatur lotos ⁊ motos: ſed nec virtutē nec odo
rem habet. Septimū genus eſt qȝ a grecis nomi
natʼ xilocinnamomū. i. lignum cinnamomi: radicez
habens maiorem cum haſtis nodoſis ſimilibꝰ cin
namomo: ⁊ in odore non ſuaue. hoc dicunt aliqui
melius eſſe cin namomo.

Gal. vij. ſim. phar. cap. de cin namomo. Cinnamomū
ſumme eſt ſubtilium partium: non tñ ſumme ca.
ſed in tertio gradu. ⁊ deſiccatio eius eſt ſicut cale
factio ipſius ꝓpter ſubtilitatem ſubſtantie ſue: ſʒ
canella cinnamomū eſt quaſi cinnamomū debile
⁊ quidam etiam calcion vocant cinnamomū. ⁊ q
daȝ ſunt qui nomināt cinnamomum azet.

Poſſe. Dia. Virtus aūt omni cinnamomo eſt ca. ⁊ diuretica
⁊ malactica: ⁊ leptica. ⁊ potatum cum aqua ſecun
dinas mulieruȝ excludit. ⁊ meſtrua prouocat. me
lius his rebus opitulatur ſi mirrhe fuerit mixtuȝ
venenatis morſibus occurrit: vel veneno potato
caligines oculoꝝ detergit. cum melle tritum ma
culas vel lentigines de facie purgat. tuſſim ſedat
catarrum mitigat. hydropicis medetur. nefreticis
vtiliter datʼ. miſcetur etiam confectionibus ocula
rijs. ⁊ in oībus vtiliores inueniuntur: vires habēs
⁊ guſtum acrem extenſa ſtringit. ⁊ in antidotis p̄
cioſuȝ eſt.

Sera. auc. Gal. ſubſtantia eius eſt ſub
tilis. ⁊ virtus eius eſt ca. in ter
tio. ⁊ non eſt aliqua medicina ca. cuius deſiccatio
eſt ſicut deſiccatio eius ꝓpter ſubtilitatem ſue ſub
ſtantie. ſʒ il a ſpēs que dicitʼ keiſe eſt cinnamomuȝ
quaſi debile. ⁊ ſunt quidā qui nominānt cinnamo
mū zor. ⁊ dixit Gal. in li. de cibis ꝙ cinnamomuȝ
aromatizat ſtomachuȝ: ⁊ ꝯfert frigiditati eiꝰ: ⁊ fri
giditati epatis. ⁊ facit euenire ſomnū. ⁊ aperit opi
lationes. ⁊ prouocat menſtrua. ⁊ abſtergit obſcu
ritatē viſus. ⁊ deſiccat humores qui ſunt in capite
⁊ ī ſtomacho. ⁊ ō ꝓpetate vſus eiꝰ ē ꝙ vſus come
ſtionis ē ꝯferens obſcuritati viſus que accidit ab
humoribꝰ. Et idē auc. Diaſ. Cinnamomū ingredi
tur confectionem medicinaꝝ odoriferarū bonaꝝ
⁊ ē maximi iuuamenti. ⁊ teritur ⁊ conficitur cum
vino bono: ⁊ fiunt inde trociſci qui deſiccantʼ ⁊ re
ponūtʼ in vmbra. ⁊ ſic vtus eiꝰ diutiꝰ ſeruari pōt.

Aui. li. ij. cap. de cinnamomo. Ultimū eſt in
eſt in ſubtiliatione attractiuum aperti
uum rectificans omnē putrefactionē ⁊ omnē vir
tutem corruptam. ⁊ omnē ſanioſitatē humoralem
Et idem in li. de viribus cordis ait ꝙ ꝯfortat cor.

Darſeni idem quod ſupra
Darion eſt quedam tunica minoris inteſtini
Darin i. manipuli

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Dariſir .i.auena
Dardias cerach .i.fex vini
Darkimi .i.ʒ.ij.

Cap.204.

Darſiſaban vel mahat vł michad vel kilkil ara.gre.aſpaliuʒ: latine vero arbor granati ſilueſtris Darſiſaban eſt arboꝛ quã.Diaſc. vocat aſpalium. **Jo.Sera.** in.ij.ca. de triſera dicit ꝙ eſt beteramen ꝛ apud. Sera.auc.cuiuſdam vocat airac:et eſt arboꝛ granati ſilueſtris:ꝛ fruct⁹ eius vocat bel:ꝛ eſt arboꝛ ſpinoſa cuius lignũ eſt rubeum vel purpureũ: ſm Almanſorẽ hẽt floꝛẽ citrinũ:in barbaria vocat aldani. ingredit in trociſcis andromaci tyriace maioꝛis:cuius loco põit Auicen.fructũ alcẽbut. **Sera.** li.aggre.cap.mahat. Mahat ſunt vene arboꝛiſ granati ſilueſtris que naſcitur in ſeni vltra mare ꝛ in coꝛaſcen.ꝛ ſunt vene groſſe albe.colligunt in baꝛmen.ꝛ eiuſ mala granata ſunt ſicut mala granata domeſtica in pꝛincipio oꝛtus eoꝝ.ꝛ coloꝛ eſt inter rubedinẽ ꝛ viriditatem.ꝛ intra malũ eius ſũt grana rubea rotunda in magnitudine ſeminis lentiſci:ꝛ dimittunt eã in coꝛtice ſuo:quãdo egẽt eis extrahunt a coꝛtice mahat:ꝛ eſt cali.ꝛ hu. **Diaſ.** cap.de aſpalio. Aſpalium ſiue aſpaltos:naſcitur in inſula rhodo.cui⁹ ſpecieſ duplex eſt.ẽ enĩ vna ſpinoſaꝫ fruticeꝫ ꝛ thyꝛſũ hñs:ꝛ depoſitum cum coꝛtice purpureo vel rubeo ꝛ dẽſo: odoꝛis ſũmi ꝛ amari. altera eſt alba lignoſa ꝛ imbecillis:ſupple ꝛ iſta ẽ quã Sera.vocat mahat. **Poſſe.** Aſpalium auget ſperma:ꝛ coꝛroboꝛat coitum.ꝛ eſt bonum podagre.quando teritur conficit cũ aceto ꝛ linitur ſuꝑ ipſum:ꝛ cõfert ſpaſmo.ꝛ mollit duriciẽ iũcuraꝝ. **Diaſ.** Uirtus aũt eius eſt cali. ſtiptica: qð cum vino ſi fuerit elixatũ vulnerib⁹ oꝛis medetur.ꝛ putredines quas greci nomas appellant ꝛ putredines nature curat.ꝛ valet contra vlcera ventri ꝗñ fit ex eo clyſtere ꝛ bothoꝛ naſi.ꝛ expellit fetũ ꝗñ fit cũ eo naſcale ꝛ fomento vulneribus prodeſt.peſſarij s additũ muliebꝛia deponit cuius elixatura ventrem ſtringit.ſanguinẽ reijciẽtibus ſubuenit.aqua eius bibita inflatiões ꝛ diſſurias compeſcit.

Dars .i.dens
Daſatigmi .i.acetũ acetoſũ ſatis
Daſagar .i.amiziden
Daſaſagi .i.plantago
Daſephur .i.allelnia
Daſne .i.laurus
Daſnes alexander .i.laureola
Daſium .i.lauriſtatium
Daſmudes .i.muſcilago
Daſin .i.doſion
Daſtincos .i.daſnoides
Daſoccia .i.lauri bacca
Daſococta idem

Cap.205.

Daſnoides gre.ara.ſpẽſ gare alexãdrie: vł mezereon:latine võ laureola.vbi ſciendũ ꝙ aliqui putant laureolã non eſſe mezereon:quoꝛũ erroꝛ dignoſcitur in.l.camelea. **Sera.** li.aggre.cap.gara alexandrie.i. laur⁹ alexandrie:ꝛ eſt planta habens folia ſimilia folijs myꝛti agreſtiſ:qꝛ ſũt maioꝛa ꝛ mollioꝛa ꝛ albioꝛa eiſ.ꝛ hꝫ fructũ intus folia ĩ magnitudine ciceris coloꝛis rubei ad rubedinẽ ſanguinis tendentẽ.ꝛ habet ramos longitudine duoꝝ palmoꝛũ:aut pl⁹:ꝛ radices ſimiles radici myꝛti agreſtis:niſi quia ſunt mollioꝛes ꝛ odoꝛifere ad rubenem tendentes.naſcitur in locis montuoſis.ꝛ illõ quod de ipſa adminiſtrat eſt radix.Et idẽ Sera. capitu. de lauro.vbi tractat etiam de laureola. **Gal.** vi.ſim.phar.cap.daſnois alexandrie.ſapoꝛ eius eſt acutus.ꝛ in ea eſt amaritudo.ꝛ virtus eius eſt que incidit ꝛ abſtergit.Et idẽ Sera.ꝛ ex gara eſt que dicitur camedaphne gre. vel daphnides alexandrie:ſed latine ſigillum ſalomonis: cuius altitudo eſt vnius bꝛachij.ꝛ habet virgas multas rectas ſubtiles lenes.habet folia ſimilia folijs lauri:ſed minoꝛa ꝛ ſubtilioꝛa ꝛ lenioꝛa quoꝛũ coloꝛ eſt viridis. ꝛ habet grana rotũda rubea ꝙ̃ adherent folijs.rami eius comeduntur duꝫ ſunt recentes.ꝛ virtus eius eſt ſimilis lauri alexandrie ſupꝛadicte.ſed ſpeciem gare alexandrie ꝙ̃ vocatur daſnoides.i.laureola non tangit.hic Sera. Plini⁹ aũt cap.de camedaphne.Camedaphne.i.infima laurus.daphnis enĩ grece laurus:came.i. infima.ꝛ eſt ſecunda ſpẽs lauri a Diaſ.poſita in ꝓpꝛio cap.lꝫ non nominet ipſam ſic:que ſm Pli.ramos ſpargit a radice folio acutioꝛe ꝗ̃ myrte: ꝛ mollioꝛe candidioꝛe ꝛ maioꝛe ſemine intra folia rubeo:non niſi in montuoſis naſcatur locis. **Diaſ.** ca. daſnoides .i.laureola hꝫ vĩgas lõgas duobus cubitis tenues rectas ꝛ lenes ꝛ folia lauri ſimilia:ſed tenuioꝛa ꝛ viridioꝛa:ſemẽ in medijs folijs habens.Et idẽ ſm aliã tranſlationem.daſnoides.i.laureola cubiti vni⁹ hꝫ longitudinẽ:ꝛ vĩgaſ mł'taſ ꝛ nõ fragiles:ſꝫ mucillaginoſaſ folia ſũt illi lauro ſĩłia ſꝫ mollioꝛa.i. flexibilioꝛa ꝛ duriõa ꝛ ñ frãgibiliõa guſtu ca.exaſperãtia.floꝛeſ albos hꝫ:ſemẽ võ nigrũ cũ matuꝝ erit.radix ẽ illi ĩutilis.naſcit locĩ mõtuoſ. **Poſ.Dia.** Daſnoideſ folia ei⁹ ſicca ꝛ viridia bibita phlegma ventris deponũt.vomitũ ꝓuocãt.menſtruis ĩperant. apophlegmatiſmis maſticata pſtant auxiliũ.ſternutamenta ꝓuocant.ſemis ei⁹ grana.x.bibita ventrẽ molliunt. **Gal.** Camedaphne.i.ſigillũ ſalomonis ꝓuocat vrinã ꝛ mẽſtrua.ꝛ confert diſtillationi vꝛine ꝛ mingentibus ſanguinẽ.Caſſi⁹ felix ca. camedaphne.Camedaphne ẽ diuretica valde.folia eius cataplaſmatibus adhibita doloꝛeꝫ capitis tollunt.egeſtiones ſtomachi impoſita compeſcũt ꝛ toꝛtiones anterioꝛes cum vino bibita potiſſime que ſemina habent anterius : poſterioꝛes vero que ſunt poſterius medicantur. Succus eius

cum vino bibitus menſtruis imperat: ꝓuocat vri
nã peſſario adhibit⁹ hec oĩa facit. mictual' ẽ vtut]
cũ folijs ſuis ſine floribus incendioſe ſe laborãtes
quidam cataplaſmauerunt. que võ dicit Meſ. vi-
de capitulum de camellea ſupra.

Datiſum .i. amurca olei

Datrion .i. lachryma. inde datrion dandodeſ .i. la
chryma oculi

Daximalios .i. vrtica

Daximium .i. rubea tinctoꝝ Daxilion .i. cyprum

Cap. 206.

Daibora ara. vel cũbera: gre. co
riõ: vl' coriamiũ: la. võ
corian **Diaſ.** cap. corion. Corion
druz. .i. coriandruz oĩb⁹
eſt notum. virtus eius eſt fri. tritum ꝛ in cataplaſ-
ma ibus redactũ cuz polenta ꝛ pane triticeo mix
tum ꝛ impoſitũ ignez ſacrum extinguit. tumores
igneos tollit. melle addito ꝛ vua paſſa impoſi-
tum epimenidas ꝛ tumorẽ teſtium ꝛ carbunculos
curat. ꝛ collectiones cõpeſcit. cũ faba frixa mixtũ
ſcrofulis ꝛ puſtulis preſtat effectum. ſemen ei⁹ bi
bitum cũ dulcore lũbricos extinguit. genitalia .i. ſe
mina viri decreſcere facit. nam ſi multũ acceptuz
fuerit ſemen ſenſus hominis hebeteſcit: aut citius
infert necem: vnde nõ debet quiſq̃ vſum eius fre
quentare. ſuccus eius aceto mixtus: aut ſpume ar
genti: ꝛ ceruſe: ꝛ vino omnes puſtulas ꝛ caligineſ
ebulientes extinguit. hic ſuccus viſcide eſt vtutis:
reſtrigit ꝛ refrigerat: ꝛ iõ ꝓpe ad ignẽ ſacꝝ facit
ſicut ꝛ folia ei⁹ cũ ſucco mali granati ꝛ oleo: ĩ poti
one ꝑmixtũ aĩalia ĩtraneiſ ꝑmixta ignita pſegẽ. ſe
mẽ ei⁹ ex aq̃ potatũ ſolutionẽ vẽtr] abſtrigit. miꝝ
eſt qõ xenocrates tradit ſi vnũ ſeminis granũ fe
mina biberit vno die ei mẽſtrua contineri: ſi duo
ꝛ totidẽ iam diebus **Sera.** li. ag. auc. Galie.
quot grana ſũpſerit. capitu. daybora.
Daybora .i. coriandrum. ſubſtantia eius eſt terrea
ſubtilis: ꝛ eſt cũ hoc in eo aquoſitas tepide virtut]
non pauce q̃titatis. ꝛ in ſapore eius ſm plurimuz
eſt amaritudo. ꝛ virtus eius eſt que abſtergit ꝛ re
ſoluit. ꝛ ſumit' ꝛ diſtillat' in oculũ ꝛ cõfert doloꝛe
eius magno cũ lacte mulieris: ꝛ fit emplaſtrũ cuz
eo: ꝛ abſcindit humores deſcendentes ad oculum
Et idem auc. Aben meſuai. Quando torreſcit ſe-
men coriandri ſtringit ventrem: ꝛ abſcindit fluxũ
ſanguinis qui eſt ab interioribus. ꝛ bibuntur õ eo
duo aurei cũ .iij. ʒ. ꝛ dimidia ſucci plantaginis ſine
eo ꝙ buliat: ꝛ ſi eſt fluxus ſanguinis ab interiorib⁹
mẽbris curatur ſi ponatur ſuper locũ fluxus. Et
idem auc. Abugeric. Coriandrũ eſt frigidum nar
coticum inducens ſyncopim ꝛ ſtuporẽ. ꝛ eſt toxi-
cum q̃m odoratum congelat: ꝛ ꝓhibet fumoſita-
tes aſcendere ad caput. ꝛ ideo confert ſode ꝛ ebri
etati. ꝛ abſcindit fluxũ ſanguinis. ꝛ ſtringit ventrẽ
Et idez auc. Alexandri. Coriandrũ ꝓhibet fumo-
ſitates aſcendere ad caput: ꝛ ꝓpter hoc ponit' in
cibis epilepticoꝝ q̃ñ cauſe epilepſie ſunt vapores
aſcendentes a ſtomacho. Et idem aucto. Acanzi.
quando coriandrũ ſiccũ infunditur in aqua eius

cũ zucaro abſcidit virge erectionẽ ꝛ deſiccat ſper
ma. Et idem auc. Raſis. Si bibantur .ʒ. iiij. de ſuc
co eius recenti: occidit ꝛ abſcindit fluxum ſangui
nis a naribus quando odoratur. Et idem auc. Hu
mai in li. ꝑmutatiõis dixit ꝙ pillule Galie. ſunt ei
contrarie. Diaſ. võ contradixit ei: cũ .ſ. Gal. dixit
ꝙ coriandrũ declinat ad caliditatem: q̃m manife
ſtum eſt ipſum eſſe virtutis frigide: ꝛ ex dicto ſuo
quando ſumitur ſuccus eius occidit. Et idẽ auct.
Abix. Coriandrum recens eſt mortificatiuũ con-
gelatiuum: ꝛ ſi homo vtit' eo multũ: vl' potu aque
eius eſt toxicũ. ꝛ ſi ponat' aqua eius cuz aliqua ex
alijs herbis. ꝛ qñdo cũ a q̃eius liniũt' apoſtema
ta ſanguinea aut cholerica: ꝛ ꝯfert extiguit eoꝝ
inflima **Gal.** vij. ſim. phar. cap. de coriandro
tiones. Uirtus eius prima eſt vt⁹ cali.
vnde Diaſ. infrigidatiuã dicit hanc herbam non
recte. cõpoſita aũt eſt ex contrarijs virtutib⁹: mul
tum quidem habens amare ſubſtãtie que indicat
ꝙ ſubtilium partiũ eſt ꝛ terreſtris: non modicum
autẽ habens ꝛ aquoſe humiditatis vel tepide ſm
virtutẽ. habet aũt ſtipticitatẽ nõ modicã: in quib⁹
oĩbus operatur quidẽ varie oĩa quecũq̃ Diaſco.
ſcripſit. ſed puto ſic exiſtere ſicut mox ſm princi-
pia plagatis vel qualitercũq̃ percuſſis in aliqua
particula tumor liuid⁹ vel niger fieret frigida pu
taretur paſſio eſſe: ꝛ egere diaforantibus ꝛ calefa
cientibus pharmacijs ſm eundẽ puto modum ſi
tranſcenderit aliquando calida diſpoſitio ad fri-
gidam obliniſcendum eſt prioris. nominandũ võ
alio ſecundo nomine: vel ſi nomen nolueris ꝑmu
tare: ſed facere ſicut quidam qui alia quidez prin
cipij: alia võ declinationis ſcribunt auxilia. nõ aũt
oportet frigida eſtimare eſſe declinationis phar-
maca. concedendũ enim eſt heriſipillam nomina
re ſiquis voluerit huiuſmodi diſpoſitionez: nõ tñ
ca. vocare eam permittendum quando depreſſa
eſt ꝛ remiſſa. nequaq̃ ergo tunc qõ auxiliatur ei ĩ
frigidatiuũ eſſe putemus ſicut Diaſco. vt corian
drum: quoniam cataplaſmatum vt ipſe ait cũ pa
ne vel cum alfitis ſanat heriſipillam. certuz eſt he
riſipillam que vtiq̃ inflãmatiua eſt nũq̃ ſanabit
cum pane coriandrum: ſed per id quod ĩfrigidat
iam ꝓpterea ꝛ nos in anterioribus ſermonibus
quando cum determinata experientia ꝓbare cu-
iuſlibet pharmaci virtutez poſtulabamus: ſimpli
cem enim vt poſſibile eſt maxime potionẽ eligere
conſulebamus. plurimi aũt medicorum neq̃ que
cũq̃ plurime egritudinum mox a principio inua
dunt cõpoſita noſcunt. neq̃ quoniã alia paſſio ẽ
heriſipilla certa. alia võ vocatur ab oĩbus nobis
iam conſuete: ꝛ ab antiquis phlegmon. alia autez
in medio q̃ multe: hec quidem ꝛ ut vtiq̃ dicat gs
heriſipilla phlegmonoſã: hec aũt velut phlegmo
neſ gdẽ heriſipillatoſ ĩuenieſ: aut velut phlegmo
nes aliquando: ꝛ neutrum predominans. at vero
ꝛ idemaſcoſus quando apparet ſicut ꝛ heriſipil-
las: ſicut ꝛ alius ſcliroſus: vñ õ cõpoſitis oĩbuſ nõ
modica habẽt' multitudo. lati⁹ võ ĩ q̃buſdã alijs
dictũ ẽ de his: ꝛ in libris terapẽtice methodi dicet'

⁊ nunc eſt de eis neceſſariū memorari: ꝙ certā he
riſipillaȝ nūꝗ̄ predictū ſanabit cataplaſma. voco
aūt certā qn̄ a cholerica humiditate repleta fue-
rit particula. qm̄ aūt longe ab infrigidando eſt co
riandrū: lȝ tibi ex his que ſcripſit Diaſ. addiſcere
Scrofulas enim ait diſſoluere. qm̄ aūt nullū infri
gidantium pharmacoꝝ ſufficit diſſoluere ſcrofu
las. neqȝ enim puto Diaſ. dubitare: multa quidem
ſcribentem ſcrofularū ſanatiua: oīa v̄o concordā
tia ⁊ calida cōplexionibus: ⁊ diaforetica operationi
bus ex **Aui.** li. ij. cap. de coriandro. Coriandꝝ
iſtere. aliud eſt humiduȝ ⁊ aliud eſt ſic.
⁊ dixit Gal. Uirtus eius ē cōpoſita. ⁊ qđ in eo do
minatur eſt terreitas: qn̄qȝ ⁊ aqueitas tepida. ⁊ in
ipſo eſt ponticitas parua a ſtipticitate. apđ me v̄o
aqueitas in ipſo frigida non tepida oīno: niſi ſit
ꝓpter ſubſtantiā ſubtilem ca. permixtam ei: cuiꝰ
ſeparatio ab eo ſit velox. ⁊ Humai quidem dixit
etiam ꝙ Gali. remouit frigidū a coriandro: con
tradicendo Diaſ. ego aūt dico ꝙ iaȝ teſtificati ſūt
frigiditatē eius. Ruſus ⁊ Archigenes ⁊ alij ab
eis frigidum eſt in fine primi vſqȝ ad ſecuduȝ: ſic.
in. ij. ⁊ apud filiū Uiregi in. iij. apud me v̄o ſiccū
eſt declinans ad caliditatē paruam: ⁊ forſitan illđ
eſt ꝓpter ſubſtantiā in ipſo ſubtilem que reſoluit
⁊ non remanet cum bibitur: ⁊ ſi non ꝓpter quod
oportet vt ſit multitudo ſucci eiꝰ īterficiens cū in
frigidatione. in ipſo eſt ſtipticitas ⁊ ſtupor. ⁊ ſuccꝰ
eius cū lacte ſedat omnē fortem pulſationē. ⁊ con
fert apoſtematibus cali. cuȝ ceruſa ⁊ aceto ⁊ oleo
ro. ⁊ cum melle: ⁊ oleo ſcore: ⁊ veſtigijs ignis per-
ſici: ⁊ cum farina fabarum: aut ſanich: aut farina
ciceris ſcrofulis quando permiſcetur cū eis ſuccꝰ
Inquit Galie. cum reſoluit ſcrofulas: quomodo
ergo eſt frigidum? ⁊ poſſibile quidē eſt ut dicat
ei ꝓpter ipſius ꝓprietatem. ⁊ quoniā in ipſo ē ſub
ſtantia ſubtilis: ꝓfundans penetrans: ⁊ ꝓfundat
⁊ non ꝓfundatur ſubſtantia frigida: ſed quando
bibitur reſoluit calidū velociter: remanens frigi-
dum agens. ⁊ dixit non ſanatur ex heriſipilla: niſi
quod infrigidatū eſt: aut permixtū humori melā
colico: ⁊ phlegmatico. confert vertigini facte a va
pore calido aut phlegmatico: ⁊ epilepſie facte ex
hoc. ⁊ ꝓprietas eius eſt ꝓhibere vaporem a capi
te: ⁊ ꝓpter hoc ponitur in cibo patientis epilepſiā
ex vapore ſtomachi: ⁊ inde multitudo eius humi
di ⁊ ſicci permiſcet ſenſum. ⁊ qđ humidū eſt facit
ſomnum ⁊ ꝓhibet fluxum ſanguinis nariū. ⁊ pul-
uerizatio ſicci: ⁊ collutio oris ex ſucco humidi cō
fert alkole. generat tenebroſitatē viſus. ⁊ succꝰ eiꝰ
diſtillatꝰ ſedat pulſationem in oculo: ⁊ ꝓprie cū
lacte mulieris. ⁊ quando ex folijs eius fit empla-
ſtrū ꝓhibet curſum materierum ad oculum. con
fert tremori cordis calido. ⁊ potantur ex eo due. ʒ
cum aqua lingue arietis: ⁊ retinet ſputum ſangui
nis. eſt parue digeſtionis: ⁊ confortat ſtomachum
calefactum. ⁊ quod de eo torrefactū eſt ꝓhibȝ vo
mitum. dicitur ꝙ ipſum ſedat eructuationē poſt
cibum: ⁊ ſi eſt ita tunc facit id ꝓpterea quia ꝓhi-
bet vaporem ⁊ motum eius. conſtringit ſemen eiꝰ
torrefactum. ⁊ dicitur ꝙ ſemen eius cū rob ſolut
one educit ſerpentes. ⁊ coriandrum quidē cū mel
le ⁊ oleo confert apoſtematibus teſticuloꝝ cali. ⁊
quod de eo humidum eſt ⁊ quod ſiccum frangit
virtutē coitus ⁊ erectionē virge deſiccando ſper-
ma. cum ex ſucco eius bibitur circiter. iiij. ʒ. inter-
ficit qm̄ facit hominē poſſidere triſticiaȝ ⁊ ſynco
pim. ⁊ non oportet vniuerſaliter vt de eo multuȝ
ſumatur
Dragatum. i. vitriolū vel calcantū. l. l. zeg
Draganum eſt planta que a Diaſ. cap. dragos. vo
catur tragos. nam dicit tragos aut ſcropion aut
draganum. naſcitur in locis maritimis. frutex eſt
ſuper terram longitudinē palmi vnius habēs aut
amplius. haſta eſt illi ſine folijs in qua in ſūmo
habet azimos minutos ſicut triticum: acutū mul-
tum in guſtu ſtipticitatis. **Poſſe. Diaſ.** Semen eius cū
vino bibitum fluxū matricis ⁊ vētris abſtinet: qđ
ſemen plurimū colligitur: tere ⁊ fac trociſcos qui
bus ſiccis vtuntur
Drane .i. cantarides
Dragos .i. manipulus
Dragma eſt nomen ponderis ⁊ ponderat nonaȝ
partem. ʒ. ⁊ ſic accipiebatur antiquitus: ⁊ illa eſt
dragma vera. moderni v̄o octauam partē. ʒ. p. ʒ.
accipiunt. ſed cōmuniter nunc accipitur pro tribꝰ
ſcrofulis. ⁊ dragma grece ſimiliter īterpretat̄ ma
nipulus vel faſciculus: vt feni ⁊ ſpinaꝝ ⁊ hꝰmodi
Dragantum quid eſt. l. l. acantos
Dragontea: ſerpentaria: ſerpentina: colūbrina: vi
perina: baſilica: aſclepeas: luſ: cocodrilluſ: idem: ꝓ
quibus. l. l. luſ
Dragontium idem
Dragona interpretatur aſperitas palpebraruȝ: in
de collyrium dragonaticum: vt in Alexandro de
oculis
Drarie .i. cantarides
Dracon .i. draco
Dracon marinus eſt quidam piſcis paruus vene
noſe punctiōis: que in lingua nr̄a vocat̄ doracena
Deaſari. i. roſa i facie. i. puſtule paruiſſime in cor
pore hominis tēpore caloris: ⁊ dicūt̄ deſudatiōes
Deaſaciei idem
Deemptanium .i. peucedanum
Deb .i. aurum
Deen. i. lignum indum: ⁊ eſt deda
Dechin. i. omne oleum preter oliuarum
Deiranie .i. cantarides
Delix. i. locus de quo fit tranſitus de vno loco ad
alium: ⁊ ꝓprie quando eſt ſub terra
Deilis .i. ſpecus
Deiberane .i. veſpa
Deiſparia dicuntur que difficile corrūpūt̄ in cibiſ

Cap. 207.

**DEob.** ara. gre. ⁊ lati ne dicit̄ auꝝ. **Sera.** li. aggre. cap. deob. Deob. i. aurū oībus
notū. limatura eiꝰ ꝯfert cardiace melā
colice ⁊ debilitati cordis. ⁊ quando cauterizat̄ cū

eo non facit veſicas cauterizatio eius:ꝛ eſt melio-
ris ꝛ velocioris curationis.ꝛ dixerunt quidam ꝙ
quando accipitur aureus ānulus vel argenteuſ ꝛ
ponitur in igne ꝛ cauterizantur cū eo ale colūba
rum veniunt cito ad domū ſuam ab ea ꝛ nō ſepa
rātur Alcauzi vtrūz ſit ī ānulo aut aliter. natura
eius eſt talis:ſi cauterizetur cū eo aurū eſt tēperā
tius omni metallo.vnde valet contra elephantiaz
cardiacam paſſionem:ꝛ ſyncopim.limatura auri
contra elephantiam data in potu valet:depuran-
do ſuperfluitatem humi.ꝛ extergendo.poteſt etiā
dari contra hanc paſſionē cūz hieralogodion vl'
theodoricon in potu in ſeptimana bis vel ſemel.ꝛ
vniuerſaliter valet ad preſeruationē timentib' le
pram.auri limatura data cum ſucco boraginis vl'
cum puluere oſſis de corde cerui ꝛ zucaro: ſynco
pizantibus auxiliatur.vel fiat ſyrupus ex ſucco bo
raginis ꝛ zucaro:ꝛ appoſito puluere oſſis de cor
de cerui:cum tali ſyrupo detur limatura auri:ꝛ ſi
hunc non habueris:detur cū alio ſyrupo vinūz in
quo fuerit limatura auri candens extincta ſplene
ticos iuuat.contra frigiditatē ſtomachi detur ſi-
militer limatura eius in vino vel cibo.ad viſturas
magis valet auꝝ ꝗ̄ cetera metalla.puluis caterie
auri more collyrij vel ſimpliciter oculis impoſi-
tus mac'as oculoꝝ corrodit. Sed īde queſtio eſt
quomodo aurum confortat: cum non incorpet'
nec membrum nutriat. ad quod dicendum ꝙ eo
rum que confortant:alia confortant membra re-
parando ſpiritus tantūz vt aromatica:alia reſtau
rādo membra:ſicut cibuſ ꝛ potus:alia conſtringē
do partes laxas:ſicut ēplaſtrum ex maſtice factū
alia alterando qualitatem diſtemperatiuam de-
bilitantem membra:ſicut diacaſtoreum ſtomaco
debilitato vel diſtemperato ex frigiditate apponi
tur.alia confortant depurando ſuperfluitatem ꝙ̄
comprimendo debilitat:ſicut ſunt medicine laxa-
tiue:ꝛ multa alia depurantia:ſicut ē aurum quod
cōfortat dum aſpitate ſua ſupflua detergit **Aui.** libro.ij.cap. de auro. Aurum
eſt equale ſubtile.limatura eius ingreditur in me
dicinis melancolie.ꝛ melius cauteriū ꝛ veloci' ſa-
nabile eſt:quod fit cū cauterio auri. retentio eius
in ore remouet fetorem eius.ꝛ ingreditur limatu
ra eius ī medicinis allopicie ꝛ ſerpiginis liniēdis
ꝛ in eis que bibuntur.confortat oculū in alcohol
poſitum.confert doloribus cordis:ꝛ tremori ipſi
us ꝛ malicie anime ꝛ ei q ſolus loqtur. Et idē in
libro de viribus cordis dicit ꝙ cōfortat cor. Bul
caſiz libro qui dicitur ſeruitor. Modus limature
auri ꝛ argenti quibus vtimur in medicinis:Acci
pe de bono auro puro fruſtum: ꝛ habeas coram
te paraſidem cum aqua mūda dulci: ꝛ habeas co
tem aſperam mundam:cuius vnum caput teneas
in manu tua: aliud ſtet in fundo parapſidis in
aqua:ꝛ tunc frica aurū in cote ſepe mundefacien
do cotem cū aqua:quia limatura deſcendit ad fū
dum vaſis ſubtilis.fac ergo tādiu ꝙ limetur de
auro ꝗ̄tū volueris:deīde dimitte per horā ꝛ ꝓij
ce aquam cū facilitate ꝛ ablue ter ꝛ ſicca ꝛ ſerua.

Eodē modo facias de argento.ꝛ ſunt qui limant
cū lima ſubtili ꝛ ſic vtūtur.
Deuteria.i.vinū pucciolū: catolorā dicunt mace
ratis aqua uinacijs:ſed tū intra vina operaria re
ponuntur
Deumoſan .i.inanis
Deuſen.i.herba cuius folia ſunt ſimilia folijs tri
tici ſed ſūt leniora.ꝛ fructus eius habet velamina
duo aut tria:ꝛ ſup ipſa ſunt quedā ſimilia pilis. ꝛ
quando ſumitur ſuccus ꝛ conſeruatur eſt cali. in
primo:ſic.in ſecundo:pro qua.l.l.ſceile
Deuraz eſt nomen cuiuſdā aīalis quo caremus
Deuſar .i.auena
Deut quid eſt.l.l.daud
Debacul .i.aconitum
Debalium .i.polium
Debe .i.aurum
Deben.i.oleū qđ fit de fructu ben:ꝛ qd ē.l.l.ben
Deble .i.animalia
Debotin .i.terbentina
Debotim idem
Deboliar .i.cimex
Debuſor .i.platanus
Debulnationes .i.linimenta
Decaſor .i.auena
Decaſior idem
Dechan .i.virga paſtoris
Deciſton .i.cotum
Deciſis .i.ſpelta
Declin .i.pediculus vultur]
Declios idem
Decor.i.bothor vel puſtule in ore
Decolai idem
Decoſio .i.pentafilon
Deda .i.zappinus
Dedablet .i.faba lupi
Dedalion .i.mentaſtrum
Dede .i.pediculus vulturiſ
Dedey idem
Dedefon .i.rupis concauum
Dedichiſa dicit Auic.ꝙ eſt cortex indus ſtiptic'
in arabico ſcribitur darchefe. Iudeus dicebat ſic
vocari mellicam
Dedoſe .i.macer uel folium
Dedos idem
Dedogaos .i.auena
Deduriſa indus .i.ſtipticus valde
Deduſlon .i.matriſſiluia
Defle.i.oleander planta venenoſa:que grece ne-
rion vel neredendion dicitur
Defictum vinum .i.ſapa
Defrictum uinum idem
Defrigis .i.difrigis
Degalea eſt arbor cuius ſuccus ingredit' in quā-
dam confectionem ad ſcabioſa vlcera in antido-
tario uirili: ꝛ latine dicitur regalea:habz folia ad
modum alexandri.ꝛ naſcitur in locis humidis
Dego.i.lac ex quo extractum eſt butirum
Degoa idem
Degoiſon .i.apium riſus

Deheb .i.aurum
Deben eſt omne oleum preter oleum oliuarū
Dehedi .i.heem
Dechiceſchene .i.farina ordei
Dechie .i.farina
Dechil idem
Delethereon.i.letalis cibus vel potus vt fungi venenoſi
Deleſiolios.i.vſnee
Delicterie .i.medicine venenoſe
Deliſion .i.cymbalaria

Cap.208.

**D**Elionara.gre.egelida vel gengilida:vel noyyda:lati.vero rapa.
**Sera.** libro aggre.cap.delien
i.rapa.ex ea eſt domeſtica ⁊ agreſtis.domeſtica oībus eſt nota. ſ; agreſtis ſupple que latine vocatur rapolla: eſt planta habens ramos multos :quoꝝ longitudo eſt vni⁹ brachij.naſcit͛ locis ſiccis. ⁊ h; ſummitates lenes: ⁊ folia mollia ⁊ groſſa in modū digiti pollicis ⁊ amplius parum ⁊ lata.⁊ habet ſemen paruū ⁊ nigrum:quod cum frangitur eſt album interius.

**Diaſ.** ca.rapa ſm̄ tranſlationem noſtram Rapa quedam eſt domeſtica:⁊ quedam agreſtis.domeſtica omnibus eſt nota.ſed rapa agreſtis naſcitur in locis ſiccis:fructum collectum faciens:cubiti habens longitudinem:⁊ multas virgulas:folia habens leniora ⁊ groſſa in modum digiti:⁊ ſatis lata.ſemen eius in folliculis cōcluſum eſt nigruʒ ⁊ fragile: quod fractum deint⁹ habet album colorem.miſcetur ad albamentuʒ faciei vel totiuſ corporis ⁊ vult⁹:farina lupini ⁊ fabe ⁊ ciceris vel orobi admixta.ſed radix rape domeſtice bona eſt:ſed ventrem inflat ⁊ ſuccum corpori addit:venerem ſtimulat.elixatura eius fomento podagricis ⁊ pernionibus preſidiū eſt.⁊ ipſa trita ⁊ impoſita hec oīa facer͛ nouit.excauata ⁊ oleo ro.⁊ cera miſſa ⁊ in cineribus calefacta pernionibus opitulatur.cima eius elixa ⁊ comeſta diuretica eſt.ſemen eius antidotiſ tyriacis miſcetur.venenoſis potionibus occurrit cum vino datum.vl͛ ex mulſa bibitum ventrem ſtimulat. radix inciſa in partibus ⁊ in aqua ſalſa ⁊ aceto cōpoſita digeſtionem ⁊ orexim facit.rapam Democritus tāq; contrariam corpori damnat:putat enim ex ea inflationem ſtomachi excitari.Contra Diocles:itemq; Dioniſius eam neceſſariam eſtimant ꝓpter eas virtutes que ſubiecte ſunt antidotum repreſentāt cum ex oleo ⁊ vino trite ſumuntur venereʒ ſtimulant:eo validius ſi cum eruca condiantur.cocte ⁊ cum adipe contuſe oculoꝝ dolori medentur. feruentes impoſite mitigant perniones.frigus ex pedibus tollunt.cuicūq; vicio pedum:maxime tritu ris ſuccurrunt.⁊ ſemen ex vino vulneribus venenatis illinitum prodeſt.contra ſerpentis morſum ⁊ toxica datur ſemen ex vino bibendum. ſed hoc ſemen in rapis poteſt calidum ⁊ feruens videri: ipſe paulo ſolutiores credunt:ſed ꝙ minus poſſiden: caloris moliendi poteſtatem continent.item radix inflat:⁊ ſemen generat in homine.Et idem Sera.Eſt alia ſpecies parue rape:que quando comeditur generantur inde inflationes.⁊ nutrimētum eius eſt minus nutrimento alterius ſpeciei.⁊ quando bibitur ex ſemine eius ꝓhibet nocumentum medicinarum mortiferarū.⁊ radix eius preparatur ſicut ꝺ rapa diximus:ſupple ⁊ ille vocat͛ napus caulen:vel napo caulen.Plinius cap. ꝺ napo.Napus caulen:vel napo caulen ex duob⁹ oleribus cōpoſitum nomen habet:quia ſapore rapa in radice napo:ꝓpter quod diſcernitur que ſane minor eſt rapa.vnde napo ad ſimilitudinem rape vocatus:quia folijs latior:⁊ radiculis guſtu ſubacrior. eſt nominis affinitas in vtriſq; inde pene cōmunis:quia vtrūq; ſemen in alterū viciſſim mutatur. nam rapo in alizo ſolo vt emilianus ait per biennium in napum:alias vͦo napus tranſit in rapam.domeſtica rapa dicta eſt a rapiendo.i.comprehendendo terram:omnibus nota eſt.eſt auteʒ radix eius amplior napo: ſapore dulcior : ⁊ folio tenui : cuius radix comeſta inflationem facit. Ex aqua vͦo vbi decocta fuerit podagricis optima ē fomentatio:etiam ipſa contrita ⁊ ipoſita idē operatur:ꝙ ſi excuetur ⁊ accipiatur oleum ro.⁊ cere modicum ⁊ ſic in cinere calido coquatur: ⁊ vt cerotum fiat ad idem valet.Almanſor cap. de napo tractatu tertio.Napi aceto conditi frigidi exiſtunt:q̄ lʒ inflationē faciant choleraʒ tn̄ extinguūt rubeam.Sed ſciendum ꝙ rapa agreſtis vocatur rapolla:cuius ſuccus mirabiliter herpetibus ⁊ fiſtulis ipoſitus medetur.⁊ ipſa comeſta ſimiliter ⁊ ſemen eius eſt tyriaca venenis.

**Gal.** ſecundo de cibis cap.ꝺ rapa.multiformiter āt ⁊ hanc homines ꝑparant vſq; ad hoc ꝙ cōponūt eam cum garo ⁊ aceto vt habeant pro vſu per totum annum.chimum aūt reddit in corpore groſſiorem cōmenſurato: ꝓpter quod ſi abundauerit quis in vſu ipſius:⁊ maxime ſiquis deficienter in ventre dirigens ipſam congregabit vocatum crudum chimum.ad receſſuʒ aūt ventris neq; ad cōtrariari vtiq;:neq; conferre dicat quis ipſaʒ:⁊ maxime quando decoquitur:bene enim indiget ipſa ⁊ ampliori decoctione.ſit aūt optima bis elixata ſicut dictum eſt prius de caulis preparatiōe.ſi aūt crudior ſumatur idigeſtibilis eſt ⁊ inflatiua:⁊ mala ſtomacho.quandoq; aūt ⁊ mordicationes operatur ſm̄ ventrem .per aquam aūt elixatam admirabor vtiq; ſi minus aliqua homogeneaꝝ plātarū nutrit.Et idem in ſexto de ſimplicibus medicinis cap.gengilidis.Gengilidis ſine rapa ipſa ⁊ ſemen ad libidinem incitat inflatiui ſpiritus generatiua exiſtens.

Delitron .i.venenum
Deltichgeſche .i.farina ordei
Delon .i.fructus melonis
Delofaria .i.almea
Delofarria idem
Demandarcotri .i.ſanguis draconis
Demeſſen ſunt cortices virides quibus acuuntur phlebotomi
Demaſilon .i.barba ſiluana

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

Demaſur i.aaron
Demenchame i.ſanguis columbe
Demẽbachara i.ſanguis vacce
Demeſt i.arbor lauri
Demelandrum i.ſanguis draconis
Demiſurion i.virga paſtoris
Demifuſurion idem
Demulipar i.vſnee
Demoniaca herba i.inſquiamus
Demoniarca idem
Demolion i.barba iouis
Demoracon eſt ꝓprium nomen loci

Cap.209.

ſandenig.vbi ſciendū ꝙ diptamon pu
legium ſerpillum ⁊c.oia iſta ſunt ſpēs
diptami:⁊ ideo om nes iſte tanguntur. **Sera.** li.ag.ca.ſandenig auc.Diaſ.Sande
nig eſt trium ſpēꝝ.vna dicit origanū eradhio citri
folia hn̄s ſimilia iſopi:⁊ capita non rotunda:ſed
velut diuiſa in ſumitatibus virgaꝝ:⁊ ē ſemē duꝝ.
**Hal.** vi.ſim.phar.ca.de diptamo ſm tranſla
tionē grecā.vtus ei⁹ eſt calefactiua de
ſiccatiua in tertio gradu:⁊ eſt ſubtiliū partiuꝫ.Et
idē Sera.ſupradicto ca.ex eo ē aliud qꝺ dicit oni
this:cui⁹ folia ſunt albiora folijs p̄dicti:⁊ ē magiſ
ſilis iſopo.⁊ ſemē ei⁹ q̄ſi in coronula pēdēs durū
⁊ vtus ē in via vtutis ſupradicti.⁊ nō ē minoris v
tut] q̄ꝫ ipſuꝫ.Et idē auc.Hal.virt⁹ ei⁹ ē ſicut virt⁹
prime ſpeciei:niſi q2 ē debilior ea:⁊ idē ex iſto eſt
qꝺ dicit origanū azaba:cui⁹ folia ſunt ſilia folijs
origani ⁊ hꝫ vgas ſubtiles:q̄ꝝ longitudo ē vnius
palmi ⁊ plus.⁊ ſup ipſa ē corona ſilis corone ane
ti:in q̄ ſunt flores albi.⁊ habet radices ſubtiles in
quib⁹ nō ē iuuamētū.⁊ folia ei⁹ ⁊ flores qn̄ ſumūt
cū vino i potu valēt morſib⁹ venenoſ.Et idē auc.
Hal.Uirtus ei⁹ eſt calefactiua ⁊ deſiccatiua i ter
tio gradu.⁊ idem Tragoriganuꝫ.ſm Diaſco.eſt
planta breuis i q̄ꝫtitate ſua ſimilis ſerpillo agreſti

niſi quia ſūt folia latiora ⁊ fortiora. ⁊ reperitur e
eo in aliquibus locis:habens ſubtiles ramos:⁊ fo
lia ſubtilia.⁊ quidam nominant eam praſſium.⁊ ī
aliquibus locis reperitur aliud habens folia ma
iora ⁊ latiora ⁊ maius ſemen.Et idem auc.Galie.
in ſapore eius eſt ſtipticitas.⁊ amboꝝ virtus ē ca.
⁊ idem ex eo eſt quod dicitur alnan vel alnegen.i.
pulegiuz. **Gal.** vi.ſim.pharmacoruz.capitulo de
pulegio.ſecundum tranſlationem
grecam: glicon ſiue pulegium hec eſt herba ve
lut acris ⁊ ſubamara.eius virtus calefacit ⁊ ſubti
liat vehementer.ſufficiens autē ſignum ꝙ calefa
cit eſt:quia cataplaſmata calefacit.⁊ ſiquidem am
plius permanſerit vlcerat.ꝙ v̄o ſubtiliat:quia hu
mida viſcoſa ⁊ groſſa q̄ ex thorace ⁊ pulmōe fa
cile facit expuere:necnon menſtrua ꝓuocat. Et ē
aliud quod dicitur diptanmū ſm Sera.⁊ eſt illō
quod quidam nominant alnegen:⁊ eſt meſcherā
reſir:ſiue meſentremeſir.naſcitur multum in cre
tenſi inſula:⁊ eſt acuti ſaporis multū:⁊ eſt ſimilis
alnegen:niſi quia folia eius ſunt maiora ⁊ ſimilia
folijs plante dicte artidam.⁊ artidan quidem eſt
alba ⁊ mollis.⁊ implentur ex ea cultre ſicut ex la
na.⁊ ſuper alnam ⁊ cachimini eſt res ſimilis lane
⁊ non habet florem nec ſemen.Et idē eſt ex eo qō
dicitur caſudiptamum:qō naſcitur in pluribus lo
cis.⁊ eſt ſimile diptamo:niſi quia eſt minus eo: ⁊
non eſt ita acuti ſaporis.⁊ facit ea que facit dipta
mū:niſi quia eſt minoris virtutis.defertur autē ex
cretenſi inſula.Eſt ⁊ alia ſpecies diptami habens
folia ſiſimbrij:⁊ virgas maiores virgis ſiſimbrij.⁊
in ſūmitatibus eius ſunt folia ſimilia folijs origa
ni agreſtis nigri coloris.⁊ odor eius eſt ſaluie.Et
idem virtus prime ſpēi ē calefactiua ⁊ deſiccatiua
ī t̄tio gradu ⁊ īciſiua.vnde ſicut dicit Diaſ.qñ ſu
mitur decoctio eius in potu confert morſibus ve
nenoſis.⁊ quando bibitur cum rob ſuccurritur il
li qui bibit opium.⁊ quando bibitur cū ſechania
bin ſuccurrit illi qui bibit gypſum: ⁊ illi qui bibit
venenum quod dicitur amanarā.i.aconitum: ⁊ ē
ſtrangulator.⁊ quando bibitur cum vino eſt con
ueniens attritioni lacertoꝝ:⁊ reſtaurat capita eo
rum.⁊ quando bibitur ex eo cum aqua ⁊ melle ꝓ
uocat menſtrua:⁊ confert hydropiſi.⁊ quādo cuz
eo ⁊ melle fit lohoc curat tuſſim.⁊ quando fricatᷣ
cum eo corpus cum decoctione eius in balneo cu
rat ictericiam. ⁊ ſuccus eiꝰ curat apoſtemata gu
le ⁊ vuule.⁊ quando miſcetur ſuccus eius cū oleo
de ireos et eijcitur in nares mundificat caput. ⁊
quando miſcetur cum lacte ⁊ diſtillatur in aurez
ſedat dolorem eius.⁊ quando ſternitur hec plan
ta in domo fugat animalia venenoſa. aliud quod
dicitur onithis habet virtutez ut prima:⁊ valz ad
ea ad que valet prima ſpecies. Eſt alia ſpecies que
dicitur origanum azaba qua non vtimur.Eſt alia
ſpecies que dicitur tragoriganum habēs folia ma
iora:vt in principio dictum eſt. arborum virtꝰ eſt
calida.prouocat vrinaz.⁊ quādo bibitur decoctio
eoꝝ laxat ventrem:⁊ faciunt deſcendere ſuperflui
tates cholericas.⁊ quādo ſumitur in potu cū ace
to confert ſpleneticis.⁊ quando ſumitur cuz vino
confert potui venenoſo que dicitur alchiſa.⁊ pro
uocat menſtrua:⁊ adminiſtratᷣ cū melle in lohoc
ad tuſſim ⁊ ad apoſtemata pulmonis. ⁊ potio eiꝰ
eſt conferens faſtidio ⁊ debilitati ſtomachi:⁊ eru
ctuatiōi acetoſe ⁊ nauſee.⁊ datur de eo in potu illᷣ
que eructuāt.⁊ fit emplaſtrū cum eo ⁊ ſanich or
dei ⁊ ſoluit apoſtemata phlegmatica.⁊ confert hy
dropiſi.⁊ ex eo quod dicitur alnaz vel alnegen.i.
pulegium quando ponitur ſupra corpus exterius
generat heriſipillam:⁊ ſi dimittatur longo tēpore
vlcerat.⁊ prouocat menſtrua.⁊ expellit humores
groſſos per exceptionem a pectore ⁊ pulmone. ⁊
eſt calefactiuum ⁊ ſubtiliatiuuz:⁊ maturatiuū.qñ
ſumitur prouocat menſtrua ⁊ expellit ſecundinaz
⁊ extrahit fetum.⁊ quando bibitur cū vino ⁊ ſale
⁊ melle expellit ſuperfluitates ſtomachi. ⁊ cōfert
habenti aſma.⁊ quando bibitur cum aceto aqua
mixto ſedat nauſeam:⁊ mordicationē ſtomachi.⁊
purgat ſuperfluitates melancolicas.⁊ qñ bibitᷣ cū
vino confert morſui venenoſoꝝ.⁊ quando appli
catur naribus cum aceto excitat ſyncopizantem.⁊
qñ deſiccatur:cōburitur:⁊ adminiſtratur ſtringit
gingiuas fluxas.⁊ quando fit emplaſtrū cū eo ſo
lo ⁊ aſſiduatur donec fiat rubea cutis confert po
dagre.⁊ quando adminiſtratur cum aceto aufert
verrucas que dicuntur ancona.⁊ quando fit em
plaſtrū cum aceto confert ſpleneticis.⁊ quādo fri
catur corpus cuz decoctione eius in balneo ſedat
pruritum.⁊ quando ſedent mulieres in decoctiōe
eius confert ventoſitatibus matricis: ⁊ duriciebꝰ
⁊ aſcenſui eius ad ſuperiora.⁊ inuenitur ex planta
vna ſpecies cuius flos eſt albus:⁊ dicitur maſcu
lus.⁊ alia cuius flos eſt purpureus:⁊ dicitur femi
na: ⁊ ambe nominantᷣ ab aliquibus baluā.⁊ nomi
nātur ꝓpter ſtercus paſtorum:quia quando ipſi
comedunt augetur coꝝ daga. ſpeciei que dicitur
diptamus virtꝰ eſt ſicut pulegij domeſtici:niſi qa
eſt fortioris virtutis:quia non ſolū bibituz: ſed ex
eo factum naſcale ſeu fumigiuz extrahit fetū mor
tuum.⁊ extrahit ſagittas de corpore ſtatim de eo
accepto cibo. Alie ſpēs diptami valent ad ea ad
que ſupra:ſed minus.

Diptamon idem quod ſupra

Diptamicen ſm Diaſ.herba eſt habens fruticez
minorem:multas habens haſtas tenues ⁊ rotun
das ſimiles abrotano: in quibus virgis ſunt folia
oblonga ſimilia oliue:⁊ multa ſicut amidor:in cu
ius cacumine ē caput viſcido humore.vñ ſi odor
fuerit applicatus ſternutamenta ꝓuocat.vñ ⁊ no
mē ipſuz a grecis accepit eo ꝙ ſternutatio ponta
mos dicitur.

Diptamū.i.leporis auriclꝰa   Dipeſon.i.lolium
Dipſeon.i.ſitiens   Cap.xi8.

DIpſeus gre.ara.pſenda vlᷣ dip
ſacos:vlᷣ harſiarbai:vlᷣ
aibſacos:la.vͣga paſtoris:vel cardo ful
lonum. Sciendū ꝙ due ſūt ſpēs vir
ge paſtoris.ſ.maſculꝰ ⁊ femina. Maſculus eſt quē
Diaſco.ſm tranſlationem noſtram cap. dipſeus
vocat dipſeus:⁊ eſt ſecundū ipſum frutex ſpinoſa

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

virgam habens longam ſpinis plenã:folia in cir
cuitu ſil'ia lactuc:in ſingl'is nodis bina hñs folia
⁊ ipſa oblõga ⁊ ſpinoſa int⁹ ⁊ deforꝫ ſpinis plena
⁊ habet etiam contracta folia que pluuiaꝫ ⁊ aurã
in ſe retinent:vnde ⁊ nomen accepit dipſeus.i.ſiti
ens. in virgis ſuis capita ſurgunt ſingula ſpinoſa
ſil'ia echimo maritimo:ſed oblongiora:que ſicca
ta album faciunt colorem:⁊ in virga deintus ver-
mes naſ- **Ser.** li.aggre.cap.barſiarbai auc. Di
cuntur. aſco. Darſiarbai vel dipſacus ē
ſpina qua pannos abgũt:⁊ latine dicitur virga pa
ſtoris: ⁊ cardo fullonum: ⁊ eſt ſpecies ſpinarum
habens ſtipitem longum ſpinoſum.⁊ folia ei⁹ ſũt
ſimilia folijs lactucis.⁊ ſuper quẽlibet nodum ſti
pitis ſunt duo folia applectentia ſtipitẽ longa ſpi
noſa in medio eoꝝ.interius ⁊ exterius habent ſil'i
tudinẽ veſicarũ aque:⁊ ſunt ſpinoſa etiam. ⁊ hñt
iuxta ſtipitem concauitatẽ in qua colligit' pluuia
⁊ ros.⁊ ideo nominãtur dipſeus.i.ſitiens.ſup quẽ
libet ramũ eius eſt capitellum ſimile echimo ma-
rino aliquantulum in longitudine tendens ſpino
ſum:quod cum deſiccatur fit albũ.⁊ quando ſcin
ditur reperiuntur in medio eius vermiculi parui
⁊ iſta eſt virga paſtoris maſculus.Et idem Sera.
loco allegato:ſunt eius due ſpecies:maſculus ⁊ fe
mina.maſculus eſt herba que naſcitur omni ãno
⁊ habet ramulos ſeu virgas tenues molles ⁊ ſtbi
les nodoſos.⁊ dilatatur ſuper faciem terre ſicut
gramen.⁊ habet folia ſimilia folijs rute:niſi quia
ſunt molliora ⁊ longiora. ⁊ habet iuxta vnũqḋqꝫ
folium ſemen:⁊ ꝓpter hoc dicitur maſculuſ.⁊ hꝫ
florem rubeum.ſed femina eſt quã Sera.vocat in
lingua perſica berſerianum:⁊ Diaſ.vocat eaꝫ po
ligonos:⁊ eſt centũnodia femina:que ara.vocatur
barſyarbay: latine võ cauda vulpis:⁊ eſt ſm Se-
ra.habens plantam paruam ⁊ virgam vnicam te
neram ſimilẽ canne.⁊ habet nodos in radice can
ne.⁊ in nodis ipſius ſunt folia egredientia ab ipſa
virga ſimilia folijſ pini. ⁊ habet radicẽ in q̃ nullũ
ē iuuamentũ.naſ- **Gal.** vi.ſim.phar.ca.dipſa
cit' iuxta aquas. cus.Dipſac⁹ eſt vḡa
paſtoris.plurimũ quod eſt in ipſa eſt frigiditas.⁊
in ſapore eius ē ſtipticitas.⁊ virtus eius eſt que in
frigidat ⁊ deſiccat in principio tertij gradus. ⁊ ra
dix huius plante deſic- **Aui.** li.ij.cap.de virga
cat in ſecundo gradu. paſtoris. Virga
paſtoris eſt maſculus ⁊ femina:ſed maſculus eſt
fortior.in ipſa eſt ſtipticitas:ſed pars aque in ipſa
eſt plurima ⁊ ꝓpter multitudinem repulſiõis ma
teriarũ effuſarũ eſtimatur ꝙ eſt exſiccatiua.

**Poſſe. Diaſ.** Eſt vḡa paſtorꝫ maſ
culus.radix eius de
ſiccat in ſecundo gradu ⁊ abſtergit:que cocta ĩ vi
no ⁊ tunſa ⁊ ſicut cerotum impoſita: vel ſi empla
ſtratur cũ ea anus curat ſciſſuras ani:⁊ ragadias
⁊ fiſtulas:⁊ emoroidas interioreſ.qḋ medicamen
in pixide enea ꝯſeruanduꝫ eſt.clauos corporꝫ mũ
dat:⁊ formicas.⁊ vermes que in capite hui⁹ plan
te inueniuntur in corio ſuo ligati ⁊ collo ſuſpen-
ſi aut in brachio dicuntur febrem quartanam pe
nitus curare.⁊ medetur myrinceiſ ⁊ acrocordinis

**Sera.** Virga paſtoris femina eſt cuius vĩ⁹
repercutit ⁊ incarnat: ⁊ confert inflã
mationi oris ſtomachi quãdo apponitur extra: ſi
cut eſt poſtq̃ꝫ trita fuerit.⁊ confert apoſtemati qḋ
dicitur heriſipilla ⁊ apoſtematibus antiquis.⁊ re
percutit ⁊ ꝓhibet humores qui fluunt ad mẽbra.
⁊ eſt ex melioribus medicinis heriſipille quando
dilatatur:⁊ extenditur ambulans de membro ad
mẽbrum.⁊ confert vlceribus alijs ⁊ vlceribus ma
nifeſtis ad que humores fluunt.⁊ cõglutinat vul
nera recentia cum ſuo ſanguine. ⁊ confert vlceri-
bus auris.⁊ ſi eſt in ea ſanies deſiccat eã.⁊ abſcin
dit fluxum menſtruoꝝ ĩmoderatum.⁊ curat vlce
ra inteſtinorum:⁊ ſputuꝫ ſanguinis:⁊ ſiſtat fluxũ
eius vndecunqꝫ fluat.⁊ in oĩbus his maſculus eſt
fortior q̃ꝫ femina:vnde habet maſculus virtutem
ſtipticam frigidam.quando ſumit' in potu ex ſuc
co eius confert ſputo ſanguinis ⁊ fluxu ſanguiniſ
antiquo:⁊ egritudini que dicit' collyrica:⁊ diſtilla
tioni vrine:quia prouocat vrinam prouocatione
forti.⁊ quando ſumitur in potu cum vino cõfert
morſibus venenoſis.⁊ quando bibitur in febribuſ
periodicis ante acceſſionem proxiſmi per horam
confert multum.⁊ quando fit naſcale cum ea mu
lieri habenti fiſtulam:⁊ vlcera in matrice confert
iuuamentum magnum:⁊ abſcindit fluxum humi
ditatum antiquarum ab ea.⁊ diſtillat' ex ea in au
rem ⁊ confert dolori eius ⁊ ſaniei que fluit ab ea.
⁊ quando coquitur cuꝫ vino ⁊ miſcetur ei mel cõ
fert iuuamentum vlceribus matricis.⁊ fit emplaſ
trum cum folijs eius ⁊ inflãmationi ſtomachi:⁊
ſputo ſanguinis:⁊ formice:⁊ heriſipille: ⁊ apoſte
matibus calidis ⁊ frigidis in principio eoꝝ.⁊ quã
do coquitur cum vino ⁊ teritur bene donec fiat
vt cerotum ⁊ emplaſtratur cum ea anus curat ſciſ
ſuras q̃ ſunt in ano:⁊ emoroidas ĩteriores.⁊ opor
tet ꝙ hec medicina reponatur in pixide enea: ⁊
curat ſpecieꝫ formice que dicitur paragodes. ⁊ di
cunt quidam ꝙ vermes qui reperiuntur in capiti
bus huius plante quando ligantur in corio ſuo ⁊
ſuſpenduntur in collo ⁊ humero habentiſ quarta
nam ⁊ curat eam **Aui.** Virga paſtoris prohi
ſi deus voluerit. bet fluxum ⁊ fit ex ea
emplaſtrum phlegmoni ⁊ heriſipille ⁊ formice.⁊
eſt valde conferens apoſtematibus vlceratiuis. ⁊
conſolidat vulnera recentia.ſuccus eius interficit
vermes auris:⁊ exſiccat vlcera eius.aqua eius cõ
fert ſputo ſanguinis.⁊ fit ex ea emplaſtrum inflã
mationi ſtomachi.⁊ prohibet fluxum ſanguinis ⁊
matricis.⁊ ſanat vlcera inteſtinorum.⁊ Diaſ. qui
dem eſtimauit ꝙ ipſa prouocat vrinam ⁊ ſanat il
lum qui retinet eam ⁊ non poteſt eaꝫ emittere.

Dipſecus idem quod ſupra
Dipſeus .i.ſitiens

Cap.xi9.

**Ipteris** grece:arabice biſbeig
vel biſte: latine vero
polipodium vel filicica:vel filix arbor.

**Sera.** libꝛo aggre. cap. biſbeig auc. Diaſco. Biſbeig eſt planta naſcens in rupi-
bus ⁊ in ſaxis ⁊ in muris humidis antiquis: ⁊ ſup
ſtipites ⁊ iuxta radices antiquarū arboꝛū: maxie
quercus: cuius longitudo eſt vnius palmi: ⁊ eſt ſi
milis herbe dicte baracos. ſuper ipſum ſunt pili. ⁊
eſt alta. ſed non eſt exaltatio eius ſubtilis: ſicut ba
racog. ⁊ habet radices ſuper quas ſunt pili a qua
egrediūtur rami. ⁊ radix eſt ſimilis animali qua
tuoꝛdecim pedum: quod nominatur ſcolaca. i. ſco
lopendria. ⁊ groſſitudo eius eſt ſicut digitus. ⁊ co
loꝛ eius interioꝛ eſt viridis ad albedinem decli-
nis ⁊ dulcis ſapoꝛis. ⁊ eſt illa que cedit in vſum medicine. **Diaſ.** capit. de polipo-
dio. Polipodiū naſcitur in pietib⁹ humectis ⁊ cir
ca radices arboꝝ vetuſtarū in quercubus. Radi
ces ſunt illi aſpere ⁊ illigate ſicut polipus: groſſi-
tudinem digiti habentes. Roſa vō deintus viridis
⁊ ſubalbida apparet. Plinius cap. dꝛiopteris: vel
dipteris. in arboꝛibus naſcitur: filici ſimilis tenui
folioꝝ ſubdulciū: inciſſura radice hirſuta ⁊c. hoc
nomen videtur cōpoſitum ex dꝛio qd̄ eſt quercus
⁊ pteris que eſt filix. dꝛiopteris ſcripſit Stephan⁹
⁊ aliqui dicunt ꝙ vocatur filix maſculus. ſed fili-
cem feminam in venies in. l. ſarax. **Gal.** viij. ſim. phar. cap. de polipodio. in ſapoꝛe
eius eſt dulcedo ⁊ ſtipticitas. virtus eius eſt que
deſiccat deſiccatione foꝛti ſine moꝛdicatione. ⁊ eſt
laxatiua. ⁊ hꝫ vim putrefactiuā: vñ ⁊ pilos nudat.
**Jo. meſ.** cap. de polipodio. Polipodium eſt radix plante cuius oꝛtus eſt
ſuper arboꝛes ⁊ ſuper lapides. ⁊ vocauit eam gre
cus filicem arboꝛis. ⁊ illud quod naſcitur in lapi-
dibus humiditatem habet ſuperfluam: indigeſtaꝫ
faciens ventoſitatem ſubuerſionem: ⁊ nauſeaꝫ. ve
rum melius ex eo eſt arboꝛeuꝫ: ⁊ ꝓpꝛie quādo naſ
citur ſuper arboꝛem poꝛtantē glandes. ⁊ qd̄ ē cuꝫ
ꝓpꝛietatibus bonis: ⁊ ꝓpꝛie qd̄ eſt groſſuꝫ ſolidū
⁊ nodoſuꝫ: ⁊ cuius coloꝛ participat aliquid nigre
dinis ⁊ rubedinis: ſed parum: ⁊ cuius confractuꝫ
eſt ſicut coloꝛ fiſtici: ⁊ ī quo eſt aliquid ex aroma
ticitate. aliud eſt in cuius ſapoꝛe eſt dulcedo cū in
ſipiditate derelinquens in guſtu aliquid ex ama-
ritudine vltimo: ⁊ quod eſt recens. Et idem auct.
Diaſ. cali. eſt in tertio: ſic. in ſecundo. Et idē auct.
Hali. cali. ⁊ ſic. in ſecundo: reſolutiuum humidita
tum groſſarū ⁊ viſcoſarum: ⁊ excitatiuum: abſter
ſiuum: ⁊ ſolutiuum. ⁊ eſt ex maxime deſiccantib⁹
⁊ extenuantibus coꝛpus. ⁊ facit ſubuerſionē ⁊ nau
ſeam. ⁊ eſt eius operatio debilis ⁊ tarda. ⁊ tollitur
ab eo nocumentum pꝛimū: adminiſtrando illud
cum aqua mellis ⁊ aqua paſſularū ⁊ aq̄ oꝛ. Et idē
auc. Humay. Coq̄t cū iure galloꝝ ⁊ gallinaꝝ: ⁊
fit ſolutiuū bonū: ⁊ ſilr̄ cū aq̄ caſei: ⁊ fit ſolutiuꝫ
ꝯueniēs. ⁊ auferūt ei nocumentū 2ᵐ ſi admiſcet
ei aliqd de confoꝛtantibus: ſicut ſunt ſemina redo
lentia ⁊ ſpecies: ſicut ſunt daucus ꝓpꝛie ⁊ aniſi. ⁊
ſemen feniculi: zinziber: ⁊ ſimilia. decoctionēꝫ aūt
ſufficientē ſuſtinet. **Poſſe. Sera.** auc. Diaſ. habet vir-
tem ſoluentem. datur vō cocta cum iure gallinaꝝ
⁊ oleribus aut cum piſcibus ⁊ cū mulſa: aut ſicla:
aut ſimilibus: ⁊ melancoliam ⁊ phlegma depo-
nit. cataplaſmatibus adhibita condilomata ani ſol
uit. ⁊ quando deſiccatur ⁊ teritur ⁊ daꝛ in potu cū
melicrato: purgat phlegma ⁊ melancoliam. ⁊ qñ
fit emplaſtrū cū eo confert attritionib⁹ neruoꝝ
⁊ ſciſſuris digitoꝝ: ⁊ emoꝛoidibus. Et idem auct.
Aben meſuai: ꝓpꝛietas eius eſt purgare melanco
liam ⁊ phlegma ſine punctione ⁊ malicia. ⁊ meli-
us ex eo eſt citrinum: cuius ſapoꝛ vergit ad pun-
ctionem ⁊ graſſitudinem ⁊ dulcedinē. ⁊ groſſitu-
do eius eſt ſicut digitus: ⁊ qui vult ipſum ſumere
decoquat in aqua ſicle decocte ⁊ poſtea bibat. qñ
vis ponere in decoctione non opoꝛtet vt rectificet
ipſum aliter niſi ꝙ teratur ⁊ miſceatur cum eis.
Doſis ei⁹ decocti aut infuſi ē a. ʒ. ij. vſqꝫ ad. v. ⁊ ſi
ne decoctione: aut ſine infuſiōe a. ʒ. i. vſqꝫ ad. ij. Et
idem auc. Meſaba. ꝓpꝛietas polipodij eſt purga
re leuiter melancoliam. ⁊ bibitur ſimpliciter cum
zucaro: aut mixtum cum aliquib⁹ decoctionibus:
aut cōfectionib⁹. ⁊ īgeniati ſūt aliqui medicoꝝ ad
illos q nō poterāt aliquas medicinas accipere ꝓ-
ijcere ipm tritū ī aliquib⁹ cibis ipſoꝝ ⁊ purgat le
uit̄ melācoliā. doſis ei⁹ ſimplicit̄ cū zucaro ē. ʒ. ij.
decocti aūt cū medicinis. ʒ. 4. **Jo. meſ.** Solutione educit cholerā nigrā cuꝫ
facilitate: ⁊ groſſū phlegma: ⁊ muſcillagioſū: ⁊ ma
terias iuncturaꝝ. ⁊ ꝯfert colice ſm̄ omnē modum
adminiſtratiōis ei⁹: ⁊ duricici ſplenis: ⁊ ꝓpꝛie cū
epithimo: ⁊ ſale ido. ⁊ ꝯfert ad febꝛes melācolicas
⁊ ꝓpꝛe cū aqua mellis: ⁊ ſanat ſciſſuras q̄ ſūt ī ma
nib⁹. doſis ei⁹ ē a. ij. au reiſ. vſqꝫ ad aureoſ. 4. **Auic.** in li. de viribus cordis dicit ꝙ
confoꝛtat coꝛ.

Diralios .i. ferula — Diranagal. i. alaca

Cap. xxo.

**Dirdan** grece. arabi. luzach: lati-
ne vero fraſſinus.

**Sera.** li. aggreg. cap. dirdā. i. fraſ
ſinus. ita nominaꝛ grece
in oꝛiente arabes nominant eam arboꝛem cimicū
⁊ in perſia nominant eam luzach: ⁊ ē arboꝛ habēſ
in ramulis camerulas in quibus eſt humiditas q̄
quando deſiccatur generantur ex ea animalia ſi
milia cimicibus. Et idem auct. Hal. ſapoꝛ eius eſt
ſtipticus: virtus eſt que infrigidat ⁊ deſiccat. Pau
lus ca. de fraſſino. Fraſſin⁹ frig. ē. ⁊ ſic ī 2º. gradu
**Poſ. Ser.** Uirt⁹ ei⁹ ē que ꝯgluctinat dū ē receſ ⁊ ꝯgluctinat vul
nera recētia: ⁊ radix ei⁹ ad hec valet: ſimiliter qñ
proijcit aqua in qua decoquitur ſuper oſſa: cuius
congluctinatio eſt neceſſaria. ſed coꝛtex eius dum
eſt recens pꝛopꝛie ſi ligetur ſuper locum vulneris
conſolidat ipſum: ⁊ decoctio coꝛticis eius cōſumit
phlegma. ⁊ quādo coꝛtex eius exſiccatur curat egri
tudinem cum qua eleuatur cutis **Gal.** li. dinamidiarū capi
tulo de paſſionibus
ſplenis. Coꝛticem fraſſini coque in vino et da bi-
bere: infallibiliter enim ſplenem attenuat . Nam

res ꝓbata eſt ꝙ ſi detur porcello bibere aliquib⁹
diebus ⁊ interficiatur paruiſſimū inuenies ſplenē
Paulus contra fluxum ventris ⁊ lienteriam ⁊ dy
ſenteriam valent fomentum ex aqua pluuiali de
coctionis corticum eius.contra vomitū ex debili-
tate virtutis contentiue cortices eius buliāt ⁊ ſpō
gia intincta ſuper ſtomachum ponatur.ex cinere
eius ⁊ argento viuo fit optimū vnguentum con-
tra ſcabiem ⁊c.
Diridar .i.diridan
Dirizdat idem quod ſupra
Diridal .i.vlmus
Diris .i.rubus
Dironici ſunt radices parue cuiuſdam herbe ſi
militer nominate habentis folia parua vtcūqꝫ ro
tūda ⁊ flores violaceos ⁊c.naſcitur in muris ⁊ ru
pis:lege pro ipſis litteram varonig
Dirronici idem quod ſupra
Diſapolita.i.difficulter in cicatricē deuēiētia ⁊c.
Diſpaſia eſt valida virtus ſuſtinendi
Diſſapolita .i.difficulter
Diſtracta dicantur que non leuiter in ventrē cor
rumpuntur.iſto vocabulo vtitur Gal.li.dinami-
diarum particula prima cap.diſtracta
Diſelon .i.mentaſtrum
Diſfregis vl' defrigis ē medicia metallica:abſter
ſiua:deſiccatiua.⁊ eſt duoꝝ modoꝝ.vna natura
lis foſſa cum metalliſ que eſt ex frigido lapide:vt
apparet in littera difrigiſ.alia eſt artificialis com
poſita ex quatuor mineralibus: cuius cōfectionē
docet Oribaſius in ca.de vulneribus oris
Diſtepapentos .i.difficile curabilis
Dyſenteria.i.diſſipatio interiorum inteſtinorum
Diſitis .i.camedreos
Diſcrita .i.male termiabilia
Diſcritos idem quod ſupra
Diſnia.i.difficultas expirandi.inde diſnoici.i.ha
bentes diſniam.Orthomia vō ſiquidem recto ſce
mate prefocantur iacentes egroti.inde orthomici
.i.habentes orthomiam
Dyſſenteria .i.dyſenteria
Diſſole .i.difficilia
Diſcola idem
Diſſoro .i.difficile

Cap.xxi.

Diſſoa ara.gre.⁊ lati.rana. **Sera.** li.aggre.cap.diſſoa auc.Gal.Cinis ra
narū cōbuſtarum abſcindit fluxū ſan
guinis quando puluerizatur ſuper loca.⁊ quādo
linitur cum eo mixto cum pice humida ſupra al-
lopicam aufert eam. Et idem auc. Diaſ.Rane q̄
ſunt in paludibus quando coquuntur cum ſale ⁊
oleo ⁊ adminiſtrantur in cibo ſunt bezaar veneniſ
⁊ lepre.⁊ ius earum quando elixantur eſt conue-
niens apoſtematibus antiquis quando pulueriza
tur ſuper ea.⁊ quado cōburuntur ⁊ puluerizatur
cinis earum ſuper locum vnde fluit ſanguis:abſci
dit eum.⁊ miſcetur cum pice humida ⁊ linitur in
de allopicia ⁊ confert.⁊ quando ſanguis ranarū
viridium ponitur in loco pili palpebre euulſi pro
hibet ortū eius.⁊ quando rana coquitur in aqua
⁊ aceto ⁊ fit collutio oriſ cum elixatura illa cōfert
dolori dentiū. **Aui.** libro ſecundo ca. de rana. Cinis
rane quādo ponitur ſuper locū
ſanguinis retinet eum.⁊ ipſa quando decoquitur
cū ſale ⁊ oleo eſt ſm̄ ꝙ dicitur bezaar lepre:⁊ ver
miū venenoſorum comeſta. eius ius confert apo
ſtematibus cordarum quando ſuper eis funditur
⁊ dicitur ꝙ ex ſucco vel decoctione rane fluuialis
colluitur os ad dolorem dentium ⁊ ſedatur qd̄ ē
in ea.⁊ corpus rane ⁊ ꝓprie pinguis vel pīguedo
eius eſt ex eis que facilem faciunt dentium eradi
cationem .⁊ exiſtimo ꝙ eſt hoc ex petroſa ⁊ non
domeſtica.hec enim ſpecies eſt ex eis que teſtant̄
medici:⁊ experimētatores cōmunitatis eijcere dē
tes animalium quando ipſam ſumūt in cibo ⁊ pa
ſtu. ⁊ ſiqs cōmedit ſanguinem eius aut corp⁹ ipſi
us apoſtematur corpus eiuſ ⁊ fit color eius plum
beus.⁊ expellit ſperma donec morit̄.⁊ dicitur ꝙ
quando coquitur cum ſale ⁊ oleo ⁊ comeditur ē
bezaar lepre ⁊ ver mibus venenoſis. **Jo.meſ.** in antidotari
o ſuo tracta-
tu de oleis.Oleum de ranis confert dolori artetī-
co ⁊ podagre calide.⁊ inungitur ſuper tempus in
febribus inflāmationum.⁊ facit ſomnum.⁊ adepſ
rane viridis que habitat in arboribus ſi liniat̄ ſu
per ipſum frangit ipſum
Diſſoreſia .i.diminutio appetit⁹
Diſutis .i.pruritus
Diſſutis idem
Diſſuria.i.malicia vrinationis quando fit ſepiſſi
ma emiſſio eius cum dolore

Cap.xxx.

Dis ara.gre.ion lati.iuncus. **Sera.** li.agg. ca. dis
.i.iuncus:eſt herba cuius due ſunt ſpe
cies.vna ipſarum habet acutas ſūmita
tes.⁊ iſta etiā ſpecies ſimiliter diuiditur in duas
quia ex ea eſt que non habet fructum. ⁊ alia que
habet fructum nigrum ⁊ rotundum.⁊ canna hui⁹
ſpeciei eſt groſſior q̄ canna alterius.⁊ ē tertia ſpe
cies que habet cannam groſſiorē adhuc ⁊ magis
cannoſam q̄ ſupradicte due ſpecies. ⁊ huius ſpēi
fructus qui eſt in ſūmitatibus eius:eſt ſimilis fru
ctui iunci ſupradictaꝝ ſpēꝝ.Et idem auc.Gal. h⁹
herbe ſunt due ſpecies. vna earum eſt ſubtilior ⁊
durior.⁊ alia groſſior ⁊ mollior.fructus huius ſe-
cūde ſpeciei facit dormire. ſed ſpecies prima eſt ſi
militer duaꝝ ſpēꝝ:quaꝝ vna nō facit fructū ⁊ nō
eſt in ea iuuamentū aliqd̄ in medicina.⁊ alia facit
fructum ⁊ facit ſomnum:niſi qꝛ eſt debilior q̄ pri
ma:⁊ iſta ſpecies facit ſodam.⁊ ſubſtantia iſtarū
duaꝝ ſpēꝝ ē cōpoſita ex terrea pauca frigida pau
ce frigiditatis: ⁊ ſubſtantia aquoſa calida pauce
caliditatis.⁊ deſiccat ⁊ infrigidat:⁊ ē narcotica.⁊
due ſpecies quando aſſantur in igne ⁊ ſumūtur i
potu ſtringūt ventrē:⁊ abſcindūt ſuꝑfluitatē men
ſtruoꝝ:⁊ deſiccāt qd̄ deſcendit ex humoribus ad
partes inferiores.

Diſſ i.tapſia

Ditolus i.gariofilata

Ditros.i.quod nitro in palma naſcitur

Ditroſi idem

Drimia.i.acredo vel acuitas:vnde drimeos hy-cores:vt in quarto regiminis acutoꝝ Gal. i.acutos humores ⁊ acres

Drimifacia i.acuta cibaria

Drimis i.acer vel acutum

Drimios idem

Driofagus ſm Diaſ.ca.diſcrerot.⁊ eſt ſpēs quercus.quidam ceruum dixerunt

Driſberot idem

Drioballanos i.glans

Driobetade i.tuſſis humida

Drion ſm Plinium ⁊ ſm Diaſ.capi.de ſtrigno eſt ſtrignum manicon:⁊ eſt ſpecies ſolatri vltima a Diaſ.poſita

Driopiſteri dicitur polipodium maxime quod ī quercu naſcitur:vt in libro antiquo ō ſimplici medicina:⁊ Gal.ad paternianum

Driopiſtri ingt eſt filix que in arbore creſcit quercus:quā greci vocant ꝛc.melius tn̄ driopter].⁊ aliter vocatur filitica vel polipodium

Drimum i.pungitiuum

Driopteris i.dipteris

Drios i.quercus

Dria idem

Dris grece quercus accipitur interdum pro fago ⁊ pro omni arbore glandifera

Driuſma.i.ſumach:⁊ eſt dictū quercus ſyriacum

Driſitis i.camedreos

Driofagus i.ceruus

Drix.i.ſpecies ferulaꝝ:⁊ eſt tapſia

Drirupas.i.oliua bone etatis ad condiendum.ſ. incipiente bacca creſcere:greci petas vocant

Docamen i.propoleos

Docan i.fumus

Docani idem

Domamatos i.celidonia

Cap.xxiij.

Dochen vel piners ara.gre.geguers:vel cechias:lati.vo mi Sera. li.aggre.cap.dochē lium. auc. Diaſ. dochen ſiue dochon.i.miliū:⁊ habet duas ſpecies.vna caꝝ eſt aſperū:⁊ eſt illud quod poteſt teri: ⁊ a quo aufertur cortex ſicut fit a rizi:quod ara. vocatur piuers:gre.ieuers:vel elime:latine vo panicum.Eſt alia ſpecies fortiſſimi:aſperrimi grani: ⁊ non pōt ab eo auferri cortex Gal. vij.ſim.phar.cap.ō ⁊ vocatur milium. milio.ſm tranſlationem noſtram grecā.Cechias.i.miliuꝫ:infrigidat quidē ſm primū gradū:ſiccat aūt vl' ſm tertiū abſolutū:vel ſm ſecundū intenſum.eſt aūt ⁊ aliqualiter ſubtilium partium modicum.ex hac ergo conſiſtentia ⁊ cōplexione cum comeditur vt cib⁹:omnino paucioris nutrimenti eſt oībus fere corticalibus cibarijs:quinimo ⁊ ventrem ſiccat. extrorſuꝫ vo appoſitū per ſacculos idonea piria eſt eis qui īmoderaciter egent ſiccari.cataplaſmatum auteꝫ etiā ſiccare natum eſt:ſufficienter tn̄ eſt fragile: ⁊ ꝓpterea inutile fit Gal. vij.ſim.phar.cap. de eius cataplaſma. milio ſm tranſlationem ara. eſt granū ex ſpeciebus granoꝝ.ſ. miliuꝫ quod aſſimilatur in figura ſua ieuers.⁊ virtus ei⁹ eſt deſiccatiua: ideo retinet ventrem. ſed quando ponitur exterius infrigidat in primo gradu ⁊ deſiccat in fine tertij. vnde modicum dat nutrimentum ⁊ ſtringit ventreꝫ.⁊ quando ponitur extra in ſaccellis ſicut cum emplaſtro ex eo confert iuuamento magno contra fluxū.⁊ ꝓuocat vrinaꝫ ⁊ calefactoriū ex eo factum confert dolorib⁹ pungitiuis:⁊ tortionibus Gal. vi.ſim.phar.capit. ⁊ alijs doloribus. clime ſiue panicuꝫ vocatur autē ⁊ mellina.eſt quidē ex leguminibus ſimile milio taꝫ ſpecie q̄ꝫ v̄tute:pauci vo nutrimēti ⁊ ſiccatiuum.ſtringit enim eos qui ſm ventreꝫ fluxus ſicut ⁊ milium.ſi vero ſuperplaſmetur deforis deſiccat ⁊ infrigidat.

Docion i.ordeum

Dochion idem

Doctrina quid eſt.l.l.fen

Docon i.milium

Dochon idem

Docromos i.aſara

Doda i.papauer

Dodra idem

Dodralion i.barba ſiluana

Dodechatheon eſt quedam planta habens .vij. folia ſimilia lactuce radice lutea

Dodera i.papauer hortenſe

Dogum.i.lac ex quo extrahitur butirum

Dogumi idem

Doguaful.i.almea Cap.xxiv.

Obabarech vel haſab arabice: gre. ſaprotis:latine caries ligni corroſi. Sera. li.aggre. ca. dobabarech.auc.Diaſ.quando fit emplaſtrū cum ea mundificat vl Gal. vij.ſim.phar.cap. ſaprocera corroſiua. tis.caries ligni corroſi ⁊ ꝓprie ligni habentis ſtipticitatē ⁊ virtutē abſtergendi:ſic ſicut ſpecies quedam lignoꝝ habentiuꝫ ſpinas mundificat vlcera humida ⁊ abſtergit ea.

Cap.xxv.

Dolaka latine:grece lakirus:arabice faſiluꝫ vel dolikos. Gal. primo de cibis cap.de dolaka.auc. Hippo. Piſa autem inflant quidem minus:ſecedunt aūt mag]:dolaki aūt magis his ſeceſſiui:minus aūt inflatiui:⁊ non nutritiui:⁊ alibi.dolaki aūt nutriūt non min⁹ piſis:ſine inflatione aūt ſunt ꝯſimiliter: ad delectationē aūt ⁊ ſeceſſum deteriores.quidā aūt amicoꝝ in Roma conuerſans dicebat:dolokas Rome ī agris habentes figuraꝫ magis oblongā lachiriſ.⁊ idē libro dinamidiaꝝ ca.ō cancro.Succ⁹ dolake cū pinguedine porcina cōmixtus:⁊ ipſa herba piſtata ⁊ poſita cū ſucco ei⁹ cancrū interficit.

| | |
|---|---|
| Dolara | .i.auena |
| Dolica | .i.dolaka |
| Doliſon | .i.cymbalaria |

Donax eſt quedam ſpecies karui que non niſi in aquaticis naſcitur

| | |
|---|---|
| Donaum | .i.melilotum |
| Donaſon | .i.alaca |

Dora.i. mellica quod videt͛ per almanſorē libro tertio cap.de granis qui poſt ca.de milio ⁊ ꝺ̄ panico ſcribit ſermonem de dora.verum apud Sera. cap.de panico:expo **Jo.Sera.** capi. de nitur qꝺ̄ eſt milium. dyſenteria loquens de ſorbitionibus eis aptis videt͛ vel le ſimiliter ꝙ ſit ſpecies milij.iſta tn̄ grana ſatꝫ cō neniunt in operationibus:quare pro quocūqꝫ accipiatur non eſt periculuꝫ:quando tn̄ expedit vti magis ſtipticis melica melioꝛ eſt.

| | |
|---|---|
| Dorati | idem |

Doracene eſt quidā piſciculuſ venenoſus qui vocatur ſcoꝛpio marinus

| | |
|---|---|
| Dorcas | .i.capriolus |
| Dorcax | idem |
| Dorcatis | idem |
| Dorna | .i.auena |
| Dortadion | .i.valeriana |
| Dorin | .i.milium |
| Dorina | .i.endiuia |

Dorignum eſt ſpecies landri ſecundum Diaſco. folia habens ſimilia oliue:ſed paulo longioꝛa ⁊ aſpera ⁊ floꝛem album:⁊ ſemen velut oꝛobi: variuꝫ in folliculis ſuis:quam veteres memoꝛant amoꝛificum:verum frutex eius interfectiue uirtutis eſt.

Dornicū quid eſt.l.l.varonig

Doronec radix eſt ſimilis brance pulpi:⁊ appoꝛtatur de india:ſed quia raro ibi habetur ponitur pꝛo ea vernix

| | |
|---|---|
| Doſis | .i.datio vel tributio |
| Doſialos | .i.vſnee |
| Doſiaſos | idem |
| Dotium | .i.ſiligo vel germanū |
| Dotrifilon | .i.pentadactilus |
| Doxiamon | .i.amomum |
| Doxiamion | idem |
| Doxim | .i.ſcaurea vl͛ ſcaroda |
| Dropax | .i.ruptoꝛium |
| Dropodiſmus | idem |
| Droſumi | .i.ſcoꝛia |
| Droſus | .i.quercus |
| Duelion | .i.caries ligni coꝛrupti |
| Duefoſir | .i.folium |
| Duelli | .i.dilatari |

Dubellati.i.apoſtema cum iam collectionem fecerit:⁊ eſt ſaniem faciens:de͛ quo magis ſperatur ꝙ fiat vlcus ꝙ̄ ꝙ reſoluatur

| | |
|---|---|
| Dublet | .i.dubellet |
| Dubella | .i.dubellati |
| Duburen | .i.ſecundus gradus ethice |
| Dubuſare | .i.aſara |
| Duburion | .i.filago |
| Duciomum | .i.carpobalſamum |
| Duciamfon | .i.regalea |
| Duchinbelſe | .i.balſamum |
| Ducuran | .i.anacardus |
| Ducuram | idem |
| Ducumbelſen | .i.balſamum |
| Dulac | .i.dactilus |

Cap.xx6.

**DALLaſia** ara.lati.melon indus. **Sera.** li.aggre.ca.dullaſia. Dullaſia ſiue dulaba.i.melon magnus viridis.⁊ ſm̄ raſim eſt foꝛtis humectationis ⁊ extinctionis.⁊ confert febꝛibus adurentibus.⁊ eſt frigidioꝛ alijs ſpeciebus meloniꝫ:⁊ tardioꝛis imutationiſ in ſtomacho:⁊ longinquioꝛ a coꝛruptione.⁊ ꝓpter hoc eſt conueniens febꝛientibus:⁊ habentibus cholerā in ſtomacho ſuo ꝓpter ſuam groſſiciem ⁊ ꝓpter ſuam elongationem a conuerſione:⁊ cōueniens caliditati febꝛili:quia extinguit caliditatē:⁊ ſedat inflamationem eius.⁊ cucumer quidem facit operationem ꝓpinquam huic:niſi quia plus pꝛouocat vrinam ꝙ̄ dullaſia. Ubi ſciendum ꝙ melon magnus ē melon indꝰ:qꝺ̄ per Aui.patet de cura tertiane pure vbi laudat in tertiana pꝛedicta melonē indum:⁊ ſubdit foꝛtaſſe non nocet melon paruus ergo melon indus eſt melon magnus.eſt eniꝫ melon paruus habens virgulatū coloꝛem.exteriꝰ eſt albus ⁊ dulcis.⁊ eſt paruus.pro alia ſpecie melonis.l.l.robera.

| | |
|---|---|
| Dularotim | .i.agrifolium |

Dulcoꝛ apud Diaſ.eſt muſtum coctum vſqꝫ ad tertiam partem ſic ꝙ conſumpta eſt tantū eius tertia pars qꝺ̄ ſapa triplicatum dicitur:⁊ carenū dicitur ſimiliter ⁊ defrictum vinū apud Aui. Diaſ.cap. de coꝛiandro dicit cuꝫ dulcoꝛe.i. paſſo.l.l. carenum.

| | |
|---|---|
| Dulufron | .i.titimallus |
| Dulutim | .i.cymbalaria |

Dulbul herba ē que naſcit͛ in mari:⁊ dicit͛ ogaga

Cap.xx7.

**DAlb** ara.vel baccam:gre.ſuffire vel platanus arboꝛ:lati. vͦ ſcotanum.vbi ſciendum ꝙ ſcotanū eſt illa arboꝛ cum qua in hiſpania tingūt͛ panni:⁊ nos vocamus eam barzi.⁊ eſt platanꝰ arboꝛ:vt patet per concoꝛdiam Auic.eius cap.cum Diaſ. ca.ꝺ̄ platano.⁊ ꝓfert velut nuceſ paruas:vt Jo.Sera.cap.de dentifrigijs. Jtem in Diaſ.ſm̄ tranſlationem ara.cap.de platano.arbitroꝛ platanum eſſe dulb. Jtem Stephanus cap.de platano Platanus eſt dulb. **Sera.** li.aggre.cap.dulb.auc. Jſaac. Dulb eſt arboꝛ magna extenſa habens folia magna ſimilia palme manꝰ hominis:ſimilia folijs kerue:niſi quia ſunt minoꝛa:quoꝝ ſapoꝛ eſt amarꝰ ponticus: ⁊ coꝛtex ligni eius groſſus :rubeus.coloꝛ vͦ ligni eius quando ſcinditur eſt medius inter glaucedinem ⁊ rubedinem.⁊ habet floꝛem paruum lenem glauci coloꝛ‌ꝭ in cuius loco quando cadit naſcitur granum aſperum glaucum:vergenſ ad ruboꝛē puluerulentū

in ſuperficie ſicut cataputie. hec in hiſpania voca
tur palma xpi: cum qua ibidẽ tinguntur panni. ſi
militer folia eius ſimilantur folijs hellebori nigri
vt apparet in **Gal.** vij. ſim. ꝓbar. cap. de plata
.i. helleborus. no. Subſtantia eius ẽ fri.
⁊ hu. non longe a rebus temperate complexionis.

**Diaſ.** cap. de platano. Platanus habet vir
tutem frigidam ⁊ humidam.

**Poſ. Gal.** Folia eius recẽtia quãdo
teruntur ⁊ ponunt̃ ſicut
emplaſtrũ ſuper apoſtemata que fiunt in genicu
lis ſedat ea ſedatione manifeſta. ſed corticis eius
virtus eſt que deſiccat adeo ꝙ cortex ipſa coqui
tur cum aceto ⁊ confert dolori dentium. nux vero
eius quando adminiſtratur cum axungia: cõfert
apoſtematibus que accidunt a cõbuſtione ignis.
cortex eius quando cõburitur eſt medicina deſic
catiua: ⁊ abſterſiua: confert egritudini cuꝫ qua ele
uatur cutis. ⁊ cinis eius curat vulnera in quibus
eſt ſordes ⁊ putredo ꝓpter nimiam humiditateꝫ
exiſtentem in eius loco. ⁊ oportet ꝙ caueat mul
tum a puluere qui eſt in folijs eius ⁊ in fructu: qꝛ
eſt nociuus valde canne pulmonis: ideo quia de
ſiccat multum ⁊ inducit aſperitatem: ⁊ nocet voci
⁊ locutioni ⁊ etiam viſui: ⁊ auditui ſi cadit in auri
bus vel ĩ oculis. **Diaſ.** Emplaſtrũ cũ eis ſedat apo
ſtemata ca. que fiunt ĩ genu.
⁊ quando cortex eius ⁊ nux eius cõburũt̃ ⁊ fit em
plaſtrũ cum eis ⁊ adipe porcina aut arietina: con
fert vlceribus putridis. ſimiliter cinis eius facit ſo
lus hoc. ⁊ quando coquunt̃ folia eius recentia cũ
vino ⁊ fit emplaſtrum cũ eis ꝓhibet curſum hu
morum ad oculum. ⁊ reſoluit apoſtemata phleg
matica. ⁊ quando cortex coquitur cum aceto ⁊ fit
collutio cum eo confert dolori dentium. ⁊ quãdo
fructus eius recens bibitur cũ vino confert morſi
bus venenoſis. ⁊ quando adminiſtratur cuꝫ axũ
gia curat cõbuſtionem ignis. ⁊ puluis foliorũ ei⁹
quando cadit in oculuꝫ aut aures nocet multum
ſimiliter ⁊ puluis qui eſt ſupra fructum eius.

Dumuſon .i. allium porrinum
Dumul .i. ocra
Dumus .i. rubus caninus
Dumcugi .i. herba

Cap. xx8.

**Duna** ara. lati. cerebruꝫ. **Ser.** li. aggre ga. cap.
duna auc. Gal. Cerebrum leporis quã
do liniunt̃ cũ eo gingiue puerorũ tpe
ortus dentiuꝫ eoꝝ facit eos facile naſci ⁊ ſine do
lore: ⁊ hoc eſt notoriuꝫ apud oẽs. ⁊ adminiſtratio
eius poſtq̃ decoquitur non habet hoc. ⁊ non ſo
lum cerebrum habet hanc ꝓprietatem imo butirꝫ
⁊ mel ⁊ alia multa habent virtuteꝫ faciendi naſci
dentes infantium. ⁊ quando cerebꝝ leporis come
ditur confert epilepticis. ⁊ quãdo aſſatur ⁊ come
ditur cerebrum eius confert tremori qui accidit
poſt egritudinẽ. ⁊ cõburitur caput eius ⁊ confici
tur cum adipe vrſi curat alopiciam. ſed cerebrum
galline ſtringit ſanguinem miringaruꝫ cerebri. ⁊
cerebrum anatis eſt conueniens apoſtematibus q̃
fiunt ĩ ano. ⁊ cerebra omniũ aĩaliũ valent contra
ſumentes venenum. de cerebro in via cibi. l. l. lata
mie.

Dunilabos .i. barba ſiluana
Duniablos idem
Dunios eſt ſerpens quidam qui habitat in lycijs
Duram .i. turtur auis
Duragi aculem .i. auis quedam ſic vocata
Duragi .i. durungi
Duruſataris .i. res que voluitur ſuper arborẽ an
tiquam que fert glandes: ⁊ vocatur ara. alharub
⁊ ſyrice vua demonis: ⁊ eſt lanugo que pẽdet ⁊ in
uoluitur in magnis arboribus ſicut vua
Durungi quid eſt. l. l. doronigi
Duſatan .i. vſnee
Duſafolon .i. ceterac
Duſarum .i. auena
Duſpactum vel duſpectũ .i. nocens digeſtioni
Dubene .i. muſca
Dhulabar .i. ayſdo
Dhulabam idem
Dhuſabron .i. cicuta
Dhuſafron idem

## Sequitur de E

Ece .i. thymum
Earſen .i. cinnamomum

Cap. xx9.

**Aſuch** ara. gre. haborofa: la. vo cuſcuta.
**Sera.** li. ag. ca. eaſuch. ẽ res q̃ adhẽt herbis ĩuol
uens eas ſicut fila: ſed in ſũmitatibus habet fructũ
ſubtilem. ⁊ ipſa creſcit in arboribus: ⁊ in ſũmitate
eius inuoluitur ſimul. reperitur de ipſa multũ in
vineis ⁊ deſtruit multum herbas. ⁊ multi vtuntur
ad curationem tuſſis: ⁊ ĩ ipſa eſt amaritudo: ⁊ po
nitur in vinũ ⁊ fortificat ipſum ⁊ inebriat. Et ideꝫ
auc. Aben meſuai: eſt herba que reperitur intra li
num ⁊ ſuſpenditur ei: in cuius ſapore eſt amaritu
do ⁊ ponticitas plus amaritudine. ⁊ virtus ei⁹ ẽ
calida in primo gradu: ſic. in ſecundo. Et idẽ auc.
Meſarugie: eſt frigida ⁊ humida. Et idem auct.
Alabati: eſt ꝯpoſita contrarijs virtutibus. ⁊ eſt in
ea amaritudo ⁊ ſtipticitas. ⁊ eſt cali. in primo gra
du: ſic. in ſecundo. Et idem auc. Sabor eben. Eius
caliditas aut frigiditas eius eſt ſm cõplexionem
arboris cui adheret qm̃ fit calida per adheren
tiam calide arboris: ⁊ eſt frigida ꝑ adherẽtiã fri.

**Poſſe. Ser.** auc. Halie. Abſtergit ⁊
fortificat ⁊ aperit opi
lationes epatis ⁊ renum ⁊ fellis. ⁊ mundificat ve
nas ſubtiles ⁊ groſſas ab humorib⁹ groſſis ⁊ cho
lericis. ⁊ fortificat ſtomachum ⁊ epar. ⁊ ꝯfert icte
ricie facte ab opilatione epatis ⁊ febri: ⁊ ꝓprie fe
bri infantium. ⁊ purgat choleram. Et idem aucto.
Meſarugie confert ictericie ⁊ opilationi epatiſ ⁊
ſplenis. Et idem auct. Alabati: confert ſtomacho
⁊ epati ⁊ eoꝝ opilationibus. ⁊ expellit ſuperfluita